



THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
1817

ἍΝΝΩΝΟΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.


HANNONIS NAVIGATIO.

TEXTUM CRITICE RECOGNOVIT

ET

ADNOTATIONE ILLUSTRAVIT

D. FR. GUIL. KLUGE.



LIPSIAE
SUMPTIBUS GUILIELMI NAUCKII.

1829.

ἍΝΝΩΝΟΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.



PRAEFATIO.

Quum iam ante tres annos Aristotelis descriptionem politiae Carthaginiensium illustratam edidissem summamque eorum, quae navigationibus huius populi novum lumen afferre viderentur, cum doctis viris essem communicaturus, ex ephemeridibus literariis comperi Cl. Gailium novam geographorum Graecorum minorum editionem parare, cuius prima pars Parisiis ex officina typographica iam prodisset. Qua ex causa meum commentarium in Hannonis periplum iam dudum absolutum non prius typis describendum censui, quam Gailii librum accepissem. Quo perlecto virum doctum multis in rebus mecum consentire quidem intellexi, in gravissimis vero locis explicandis rationem tam diversam inire, ut occasione oblata Hannonis periplum notis adornatum emittere statuerem. Hoc effectum est quum superiore anno Vratislaviensium cives ad examen in Gymnasio Magdalenaeo publice instituendum scriptione scholastica invitarem, quae eruditis viris, quorum iudicium plurimum apud me valet, ita probata est, ut libenter eorum consilium secutus Hannonis periplum a ceteris meis quaestionibus edendis secernerem et seorsum tractatum divulgarem. Ita-

que graecum textum non solum critice recognovi, sed etiam adnotationem amplificavi et, sententia aliter iudicantium accuratius examinata, emendare, aut ubi opus videretur, novis argumentis illustrare studui. Priorum interpretum varias notas, paucis exceptis, meo commentario adiungere a re alienum duxi, quoniam si mea explicatione vera rerum conditio demonstretur, ceterorum opiniones hac argumentatione infirmentur necesse est; sin vero refellantur quae de his rebus iudicaverim, aliorum notis describendis vix operae pretium facturus fuisse mihi videor. In conficiendo autem libello non is mihi fuit animus, ut fieri non posse arbitrarer, quin mea interpretatio refutaretur, sed in re tam gravi errorum quoque emendationem multum ad vera diligentius cognoscenda conducere patet. Quae quum ita sint, breviter quidem Hannonis navigationem, attamen ita explanavi, ut omissa fere tota refutatione eorum, quae Gailius in causis afferendis vocabulisque explicandis proposuerit, neminem legentium latere possit, quae mea sit quum reconditarum rerum expositio, tum obscurorum verborum interpretatio.

Vratislaviae Id. Jul. MDCCCXXIX.

D. Kluge,
Gymnas. Magdalenaei Rector
et Professor prim.

DE HANNONE.

Apud Carthaginienses tot inveniuntur Hannones, ut difficile sit inter hos cognomines viros, quorum historia mentionem faciat, eum investigare, qui peripli auctor atque itineris dux recte habeatur. Primus nobis quaerentibus praeclarus ille Hanno occurrit, cuius virtutes Dio Chrysostomus cum nobilissimorum imperatorum, regum et civitatum conditorum rebus gestis confert, eiusque merita in Carthaginienses his verbis praedicat: *)

*) Dion. Chrysost. oratt. ed. Reiske, Vol. I. pag. 522. — Quum omni fere notitia careamus eorum, quae primis Carthaginiensium civitatis saeculis facta sint, Dionis locus in gravissimis ponendus est, qui ad res memoratu dignissimas referatur. Cognoscimus enim magni huius Hannonis consilio et auctoritate Poenos ad imperii et potentiae gloriam simili ratione evectos esse ac Romanos Romuli et Numae ingenio et Macedones Philippi et Alexandri virtute. Dio Chrysostomus itineribus suis annales Tyriorum aliorumque populorum tabellaria et monumenta publica accurate inspexit, ut eius narrationes dignae sint, ad quas animum diligentius adtendamus, quam adhuc factum videatur. Hoc loco laudato res memorabiles Poenorumque priscam historiam illustrantes singulis fere verbis continentur, quae, tota oratione perlecta, rectius demum intelliguntur.

Καρχηδονίους δ᾽ Ἄννων ἀντὶ Τυρίων ἐποίησε Λίβυας, καὶ Λιβύην κατοικεῖν ἀντὶ Φοινίκης, καὶ χρήματα πολλὰ κεκτῆσθαι, καὶ συχνὰ ἐμπόρια καὶ λιμένας καὶ τριήρεις, καὶ πολλῆς μὲν γῆς, πολλῆς δὲ θαλάττης ἄρχειν. Quá ex descriptione liquet ab Hannone Poenorum libertatem esse firmatam eorumque vires ita amplificatas, ut postea tutum maris possent imperium obtinere. Licet vero talis rerum conditio itinera maritima deinde facta sine dubio praecesserit, nullo tamen pacto statuendum est, ut plures interpretes fecerunt, initia atque incrementa Punicae navigationis una cum celeberrima Hannonis expeditione in eadem incidisse tempora. Unde facile intelligitur, principem illum Hannonem, a Dione Chrysostomo laudatum, non fuisse peripli auctorem. Sed maior commentatorum pars non huic, sed alii Hannoni tantae navigationis gloriam vindicare conatur, ad quem Anacharsis, philosophus ille Scythicus et Soloni aequalis, epistolam misisse fertur, quae apud Ciceronem legitur: *) „Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegmen; calciamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis immortalibus dona.“ At ex paucis his verbis, etiamsi narrationi fidem tri-

*) Tuscul. Quaest. libr. V. c. 32.

buamus, neque ullum potest colligi argumentum, quo opinio ista confirmetur, nec vita studiumque huius Hannonis, philosophiae imprimis dediti, ad eiusmodi consilium accommodatum videtur. Sequitur tertius Hanno, quem Herodotus (VII. 164.) patrem Hamilcaris, Poenorum imperatoris bello Siculo (480. a. C.), fuisse tradit. Hunc aut nullum eorum, quos historia memoriae prodidit, peripli auctorem duco. Vivebat enim ea aetate, quum Poenorum respublica nondum externis bellis concuteretur et quietus civitatis status permitteret, ut mercaturae et navigationis fines quam latissime extenderentur. Cuius consilii exsequendi potestas Carthaginiensibus non concedebatur post initium primi belli in Sicilia gesti, quia tum temporis eorum conditio non ita erat comparata, ut in exteras regiones easque remotissimas, immo fere incognitas triginta millia colonorum emittere possent. Verum ante has turbulentas tempestates, priusquam Sardiniam occupassent, Diodoro et Plinio testibus,*) laeta florebat atque integra Poenorum potentia, ideoque hoc aevo navigatio tam longinqua erat instituenda. Haec sententia egregie firmatur Herodoto, qui (IV. 196.) Carthaginienses ad eam

*) V. 15. *Καρχηδόνιοι ἐπὶ πλεῖον ἰσχύσαντες.* Ad haec tempora Plinii quoque (H. N. II. 67. et V. 1.) verba: hanc navigationem factam esse „Punicis rebus florentissimis“ referenda censeo.

Libycae orae occidentalis regionem pervenisse perhibet, ubi mutuum commercium cum incolis haberent, mercibus *) cum auro commutandis. Itaque ante Herodoti aetatem Carthaginienses ad eam Africae oram, quae nunc aurifera dicitur, navigare solebant et insula Cerne, quam primus reperit Hanno, mercatoribus iam illo tempore erat itineris finis. Haec autem ratio pertinet ad exitum sexti et initium quinti saeculi a. C. n. Nam Hamilcar, Hannonis filius, antequam exercitui in Sicilia praeesset, ob virtutes Carthagine Sufetis munere functus, quum anno 480. a. C. propter suorum cladem ad Himeram acceptam morti inter sacrificandum se devovisset, minimum triginta natus erat annos. Quod si igitur Hanno eius pater, quem peripli auctorem putamus, classi Punicae ad colonos emittendos comparatae praefectus fuit, is sine dubio aetatis vigore hanc expeditionem suscepit.

Ponamus igitur Hannonem tum trigesimum annum egisse, et addamus anno, quo Hamilcar obiit (480. a. C.), hos triginta annos, tunc efficitur numerus DX annorum; unde liquet navigationem Hannonis susceptam esse sub idem fere tempus, quo Romae primi Consules crearentur (510.), et Carthaginienses primum cum Romanis foedus (509.) facerent. Uxorem autem duxerat

*) Conf. Scyl. Caryandensis peripl. in: Geogr. ant. ed. Gronov. p. 126.; in Hudson. Geogr. min. I. p. 54.; in Gailii Geogr. Graec. min. I. p. 322. seqq.

Hanno Syracusiam, ex qua Hamilcar natus est. Itaque filius Syracusis eo tempore commorabatur, quo in hac insula quietus erat rerum status et Carthaginienses matrimoniis aliisque societatis vinculis suas possessiones tutiores reddere et mercaturae progressus adiuvare poterant. Quum vero Graeci quoque frequentes sedes ibi collocassent, mutuumque inter hos et Carthaginienses intercederet commercium, nemini mirum videbitur, Carthaginiensium mercatores, principes et duces, Graecae linguae studuisse, cuius rei Iustinus (XX. 5.) exemplum affert memoratu dignissimum. *) Dum Carthaginienses reparato exercitu auctisque viribus bellum in Sicilia adversus Dionysium Hannone quodam duce repetunt, Suniatus eius inimicus Dionysio adventum exercitus et segnitiem ducis familiariter Graecis literis praenuntiat. Comprehensis epistolis Suniatus proditionis damnatur, facto senatus consulto, Ne quis postea Carthaginiensis aut literis Graecis aut sermoni studeret, ne aut loqui cum hoste aut scribere sine interprete posset. Quae quum ita sint, eodem iure, quo ceteri commentatores statuunt, Hannonis periplum Punicis literis consignatum, postea a Siculo nescio quo Carthagine transscriptum et in Graecam linguam conversum fuisse, id ab Hannone ipso, Graeci

*) Constat inter omnes, magnum Hannibalem Sosilo, Lacedaemonio, literarum Graecarum usum esse doctore. Nep. in Hannib. XIII.

sermonis gnaro, factum contendo. Probabile enim est, Hannonem ad gloriam suam in Sicilia, ubi cognatorum et procerum consuetudine utebatur, propagandam, itinerisque tam novi et longinqui famam divulgandam, monumentum Punice scriptum et Carthagine in templo Saturni constitutum in Graecam linguam transtulisse. Nam e Graeca dictione demonstrari potest, periplum non a Graeco quodam linguae suae perito, sed a Carthaginiensi mediocriter Graece docto esse conversum, qui cavere non posset, ne vernaculae linguae colorem et Punicum construendi modum in Graecum sermonem transferret. *) Haec autem conversio Punici monumenti, quod Hanno in delubro Saturni Carthagine dedicaverat, eo verisimilior est, quum Carthaginienses excellentium virorum praeclara facta monumentis memoriae tradere solerent. Talis enim honor contigit Hamilcari, huius Hannonis filio (Herodot. VII. 167.), cui, quum diis iratis se devovisset, non solum Carthagine, sed in omnibus coloniis, ergo etiam in Siculis monumenta exstruerentur. Hoc singulari pietatis documento patris quoque memoria apud Siculos ser-

*) E. g. *Περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν.* — *Γινόμεθα ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ, ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν.* — *Παρημειβόμεθα χώραν διάπυρον θυμιαμάτων.*

vabatur, cuius periplus Graece scriptus et narratio de hoc itinere neque Graecos nec Latinos scriptores latere potuit. Sic, Polybio (III. 33. 56.) et Livio (XXVIII. 46.) testibus, Hannibal in templo Iunonis Laciniae *in Italia* aram condidit dedicavitque cum ingenti rerum ab se gestarum titulo, *Punicis Graecisque literis* insculpto. Itaque nemini mirum videbitur, hanc brevem descriptionem temporibus inde subsecutis fuisse mutatam, depravatam, corruptam fabulisque auctam et a doctis Graecis, imprimis Ptolemaeorum aetate, explanatam atque ad eam Libyae speciem, quam ipsi mente concepissent, accommodatam. Haec commenta sine dubio Plinius, non simplicem peripli narrationem, respexisse videtur, (V. 1.) quum de commentariis Hannonis loquatur, quem plerique Graecorum et Romanorum secuti sint.

Sed novum afferendum est argumentum, cur haec navigatio hoc ipso tempore, quod constituimus, facta sit. Legitur enim in periplo, hanc expeditionem a Poenis esse decretam, ut urbes Libyphoenicum conderentur (*Ἔδοξεν Καρχηδονίοις πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων*). Diodorus *) Africam in quatuor hominum genera divisam esse tradit: in Poenos, qui Carthaginem colerent, in Libyphoenices, qui, quod multas urbium ma-

*) XX. 55. Conf. Polyb. ed. Schweigh. I. p. 458. Strabon. XVII. c. 3. Tom. VI. p. 639. sqq. ed. Tzschuck. Herod. IV. 168.

ritimarum tenerent et matrimoniorum necessitudine Carthaginiensibus devincti essent, a nexu affinitatis compositam hanc appellationem reportarent; maiorem deinde et vetustissimam incolarum partem Afrorum (*Λιβύων*) nomen habuisse et postremos tandem fuisse Numidas, vastos Libyae tractus usque ad deserta occupantes. Illi autem Libyphoenices *) ex antiquis Phoenicibus primum cum indigenis, postea cum Carthaginiensibus mixti atque cognati, a Poenis pluris aestimabantur, quam ceteri ipsorum ditioni subiecti populi, et cauta quadam tractabantur prudentia, quum eorum vis et potestas reipublicae perniciem minaretur, si liberiorem, quam fas esset, spiritum sumerent atrociter a metropoli divitiarum acquirendarum facultatem petentes. Qua recusata timendum erat, ne ad alias deficerent gentes Carthaginiensium nomini infestissimas. Nulla autem Poenorum invenitur conditio, qua ab externis populis, quorum terras nondum occupavissent, minus esset timendum, quam felix illa sors, quae reipublicae ante bella in Sicilia gesta obtigerit. Sed Libycae gentes, duro tantum imperio coërcitae, metum iniicere poterant, si Libyphoenices, quorum necessitudo aeque ad Carthaginienses atque ad Libyes pertinebat, cum his coniuncti contra usurpatam dominationem arma ferrent. Quod pericu-

*) Simili ratione Syrophoenices nominabantur Poeni cum Asiaticis, praecipue cum Syriae incolis mixti. Vid. Lucian. deor. conc. c. 4. Iuvenal. VIII. 159. 160.

lum, crescente hostium numero, eo magis imminebat, quum Libyphoenices in Byzacio et in urbibus maritimis ad tantam frequentiam aucti essent, tantamque apud ceteros Afros haberent auctoritatem, ut bello terra gerendo vix superati forent. Itaque emiserunt, ut eorum optatis satisfacerent divitiarumque cupiditatem explerent, triginta millia Libyphoenicum ad novas colonias in ora maritima versus occidentem sita, condendas veterumque Phoenicum emporia novis incolis frequentanda, fortasse etiam deprimenda. Tali autem multitudine emissa Carthaginiensibus nullum et virium et potentiae detrimentum ea tantum aetate, quae ante Sicula bella praecesserit, inferri potuisse manifeste ex historia apparet.

DE PERIPLO.

De Hannonis periplo doctorum virorum iudicia tam varia tamque diversa sunt, ut, qui ex iis certam aliquam haurire velit cognitionem, vix consilium suum assequi posse videatur. Neque enim de auctore aut aetate, qua hic commentarius scriptus sit, diligenter est disputatum, neque textus ratio navigationisque cursus satis explanatus. Unde factum est, ut historici et geographi, qui solum itineris argumentum respicerent veterumque locorum situm ac naturam cum recentiore illarum regionum conditione conferrent, recte ab Hannone, quae nostrorum hominum notitiae convenirent, nunciata esse statuerent, ea autem, quae his repugnarent, prorsus reiicienda censerent. Qua ex causa nemini mirum videbitur, viros doctos in duas discessisse partes, quarum altera periplum Hannonis spurium esse affirmaret, altera commentarii integritatem tueri conaretur. Neutra tamen ratio probari potest, quum accurata interpretatione careat. Etenim nullo fere Graecorum libello verborum explicatio cum copiosa rerum expositione coniuncta tam vehementer desideratur, quam in Hannonis periplo. Itaque non a re alienum esse arbitror, denuo textum recognoscere et brevi adnotatione illustrare, qua non solum singulae voces, sed res quoque accuratius explicentur.

Inter antiquos scriptores auctor *περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, Athenaeus, Arrianus, Aristides, Marcianus Heracleota, Pomponius Mela, Plinius, Solinus, Marcianus Capella,*) Hannonis sinistrorsum praeter Libyae oram maritimam navigantis mentionem faciunt, et ab eo commentariolum conscriptum esse perhibent. Sed viri docti, hoc itinerarium, ut multa alia scripta, aetatem non tulisse, magno cum dolore diu querebantur, quum praeter omnium exspectationem Sigismundus Gelenius, Bohemus, ex Italia reversus, Basileae anno MDXXXIII. Frobenii sumtu Arriani et Hannonis periplos cum Plutarchi libello de fluminibus et montibus et Strabonis epitomen graece ederet. In praefatione ad Anselmum Ephorinum, medicum, scripta se gratiam apud lectores habiturum existimat, quod sua imprimis opera effectum sit, ut hi peripli ob tantam vetustatem argumentique raritatem gravissimi et nondum in publico visi aut exspectati, ex officina Frobeniana prodierint. Unde autem hos depromserit et quo codice usus sit, non indicat. Quod sane vehementer dolendum est, quum de codicibus nihil

*) Ed. Beckmann. p. 77. Athen. III. c. 25. p. 326. ed. Schweigh. Arrian. in Ind. c. XLIII. §. 11. ed. Schmied. pag. 227. Aristid. in orat. Aegypt. Tom. II. p. 356. ed. Iebb. ed. Dindorf. Vol. II. p. 474. Marc. Heracl. Peripl. in Hudson. Geogr. gr. Vol. I. p. 63. Pompon. Mela l. III. c. 9. §. 3. Plin. H. N. II. c. 67. V. c. 1. VI. c. 31. Solin. sub fin. cap. 56. Marcian. Capella lib. VI. in capite: de Rotund. terrae.

certi constet. Sylburgius *) codicem olim exstitisse in bibliotheca Palatina refert. Hic postea in Vaticanam migravit, nunc, teste Bastio, in Parisiensi asservatur. **) Is. Vossius nullum codicem habuit, ut Fabricius ***) putat, sed Gelenii textum ex Vaticano descriptum ob libri raritatem adnotatione adornatum denuo edere voluit. †) Itaque unicus tantum peripli reperitur codex manuscriptus Parisiis, quem Bastius ††) nuper diligenter recognovit et a Gelenio accurate transscriptum asseverat. Hinc accidit, ut Gailius, †††) novissimus Geographorum minorum graecorum editor, aliis codicibus deficientibus, nihil nisi Hudsonianum textum operis exscribendum tradere posset, sed ita, ut certissimas vel verisimillimas emendationes reciperet. Apparet igitur,

*) In catal. codd. graecor. MSS. olim in bibl. Palatina, nunc Vaticana asservatorum, Francof. ad Moen. 1701. p. 124. n. 389.

**) Lettre critique de F. I. Bast à Mr. I. F. Boissonade. Paris, p. 32. Edit. Lips. p. 42.

***) Bibl. Graec. ed. Harl. ed. IV. Tom. I. p. 42.

†) Isaaci Vossii Obss. ad Pomponium Melam, p. 594. Cf. Bredowii Epistol. Paris. p. 5.

††) Lettre critique de Bast. l. l. Périple de Libye par Hannon. Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους κ. τ. λ. Ce morceau n'existe que dans notre manuscrit, qui est le même que celui de Is. Vossius, dont parle Fabricius. (Hoc non ita esse supra demonstravi; e verbis enim Vossii nihil aliud colligitur, quam peripli explicandi consilium.) Il a été donné par Sig. Gelenius. La correction de Conr. Gesner, ὄρη μεςὰ ἀνθρώπων ἀγρίων au lieu de μετὰ ἀ. ἀ. est appuyée par le manuscrit que, du reste, Gelenius a fidèlement copié.

†††) Geograph. graec. min. ed. I. F. Gail. Vol. I. in praefat. p. VIII. IX.

omnes Hannonis peripli editiones ex Gelenii libro esse profectas et textum unius tantum codicis auctoritate adhuc niti.

Editiones et Commentationes, in quibus graeca aut latina translatio invenitur, hae sunt: Editio Princeps: ἈΡΡΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΠΟΝΤΟΥ, ΤΟΥ ἈΥΤΟΥ περίπλους τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. ἉΝΝΩΝΟΣ περίπλους Λιβύης. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν. ἘΠΙΤΟΜΗ τῶν τοῦ Στράβωνος γεωγραφικῶν. ARRIANI et HANNONIS periplus. PLUTARCHUS de fluminibus et montibus. STRABONIS epitome. Basileae anno MDXXXIII. 4. 205. pagg. Titulo impressum est Frobenii signum typographicum.

Hannonis Carthaginiensium ducis navigatio, qua maximam Libycae orae partem ultra columnas Herculis lustravit; e Graeco sermone in Latinum, Conrado Gesnero interprete, nunc primum conversa. Adiecta sunt etiam scholia. Tiguri excudebat Andreas Gesnerus. F. Anno MDCIX. 8. 21. pagg. Invenitur plerumque haec latina versio libro adiuncta, cuius inscriptio est: Ioannis Leonis Africani de totius Africae descriptione libri IX. etc. His recens accedit Hannonis navigatio etc. vid. supr. Tigur. per Andream Gesnerum. a. MDCIX.

Hannonis periplus, graece et latine, sub auspiciis I. Henr. Boecleri, cum versione et animadversionibus Io. Iac. Muelleri. Argentor.

1661. 4. rec. in dissertationem. Io. Henr. Boecleri, Argentor. tom. II. 1710. 4. p. 1220. sqq.

Genuina Stephani Byzantini de urbibus et populis fragmenta. Abrahamus Berkelius latinam interpretationem adiecit. Accedit Hannonis regis Periplus, graece et latine. Lugd. in Batav. 1674. 12. (al. 8.).

Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους. Hannonis Carthaginiensium regis periplus. Interprete Conrado Gesnero; in: Io. Hudsoni Geographiae veteris scriptoribus graecis minoribus, Vol. I. Oxon. 1698. 8. p. 173. ubi vero nova paginarum series incipit. Praemissae sunt Henrici Dodwelli dissertationes.

Antiguëdad maritima de la Republica de Cartago. Con el Periplo de su General Hañon, traducido del Griego è illustrado por D. Pedro Rodriguez Campomanes. En Madrid. 1756. 8. Prima parte continentur: Prologo y Discurso literario sobre el Periplo de Hañon; et: Apologia por el Viage de Hañon. Tunc sequitur: Discurso preliminar sobre la Marina, Navegacion, Comercio y Expediciones de la Republica de Cartago. Altera pars exhibet textum graecum cum versione hispana ad verbum expressa, ad quam accedit: Illustracion al Periplo de Hañon.

Hannons Seereise, griechisch und deutsch mit Anmerkungen von Conrad Arnold Schmidt, in: Arrians Indische Merk-

würdigkeiten und. Hannons Seereise. Braunschweig und Wolfenbüttel. 1764. 8.

Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλείους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μέρων κ. τ. λ. in: Bredows Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geographie. 2tes Stück, p. 93.

The voyage of Hanno, translated, and accompanied with the Greek text; explain'd from the accounts of modern travellors; defended against the obiections of Mr. Dodwell and other writers, and illustrated by maps etc. by Thomas Falconer. London. 1797.

Συλλογῆς τῶν ἐν ἐπιτομῇ τοῖς πάλαι γεωγραφηθέντων τύποις ἐκδοθέντων, φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν ἐξ Ἰωαννίνων φιλογενεστάτων ἀδελφῶν ΖΩΣΙΜΑΔΩΝ, χάριν τῶν τῆς Ἑλλενικῆς παιδείας ἐφιεμένων Ἑλλήνων. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας, ἐκ τῆς Σχραιμβλίκης τυπογραφίας. 1807. — In Tom. I. p. 261—267. reperitur Hannonis periplus.

Hannonis periplus graece cum notis editus est a Leon. Hug in: Indice lectt. publ. in Univers. lit. Friburgensi habendd. Friburgi. 1808. 4. 32. p.

ΔΙΚΑΙΑΡΧΟΥ ΤΟΥ ΜΕΣΣΗΝΙΟΥ ἈΝΑΓΡΑΦΗ ΚΑΙ ΒΙΟΣ ἙΛΛΑΔΟΣ. ἈΝΝΩΝΟΣ περίπλους Λιβύης. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ τοῦ Βλεμμίδου Γεωγραφία συνοπτική. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ἱστορία περὶ τῆς γῆς ἐν συνόψει. CUM LVCAE HOLSTENII lucubrationibus ad priora duo opuscula. Acces-

serunt ad coeteros Geographiae auctores Holstenii item notulae non antea editae. Haec omnia cura ac studio GULIELMI MANZI, bibliothecae Barbarinae Praefecti in lucem diemque proferuntur. ROMAE. MDCCCXIX. Ex typographio Francisci Bourlié. 4. 104. p. c. — Editio, ad externam speciem splendida, alioquin nullius pretii et mendis scatens. Notulae Holstenii ad Hannonem et ceteros geographiae scriptores, neque criticis neque interpretibus multum afferent utilitatis.

Memoratu vero dignus est Manzii index geographorum antiquorum non editorum, quos MSS. habet bibliotheca Barberina ex variis bibliothecis collectos. Hunc indicem cum lectoribus communicavi.

GEOGRAPHI GRAECI MINORES. Hudsonianae editionis adnotationes integras cum Dodwellii dissertationibus edidit, suasque et Variorum adiecit; textum denuo recensuit et varias lectiones subiecit; versionem latinam recognovit; copiosissimis denique indicibus ac tabulis in aere incisis instruxit Ioannes Franciscus Gail. Vol. I. continens Hannonis et Scylacis periplos. Parisiis. Rege Christianissimo annuente, typis Regiis excusum. MDCCCXXVI.

ΑΝΝΩΝΟΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΩΝ ΥΠΕΡ ΤΑΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΤΗΛΑΣ ΛΙΒΥΚΩΝ ΤΗΣ ΓΗΣ ΜΕΡΩΝ, ΟΝ ΚΑΙ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΝ ΤΩΙ ΤΟΥ ΚΡΟΝΟΥ ΤΕΜΕΝΕΙ, ΔΗΛΟΥΝΤΑ ΤΑΔΕ.

Βασιλέως. Carthaginiensium sufetes a Graecis appellabantur reges. Idem nomen sufetibus tribuebatur, si ducis munere fungebantur. Idcirco Plinius Hannonem, H. N. V. 1. ducem et c. 36. imperatorem nominat. Alteram dignitatem Solinus c. 56. respexit, qui eum regem appellat. Itaque Gailius non recte iudicat, Hannonem eam ob causam *βασιλέα* dictum esse, quod ei amplissima et quasi infinita ad tantum iter suscipiendum potestas fuerit necessario tribuenda. Locum ex Isocrate et paulo post ex Aristotele laudatum alia ratione interpretandum esse demonstravi in commentatione mea: Aristoteles de Carthaginiensium politia etc. Vratisl. cap. II. et VII.

Ἀνέθηκεν. Teste Aristide (Orat. Aegypt. Tom. II. p. 356. ed. Iebb.) Poenorum duces et praefecti classi itinera suscepta tabulis inscribere et narrationem diis in sacris aedibus consecrare solebant, unde *ἀναθήματα* dicta. Quorum ex monumentorum ratione abscissus ille sermo, qui stylus lapidarius dicitur, et contracta oratio facile intelligitur. Simili modo in templo Iovis Capitolini aenea tabula erat posita, qua primum Carthaginiensium foedus cum Romanis factum continebatur. Hannonis tabulam in fano suspensam esse narrat etiam Aristides l. l. Idem factum est in pace, quam Gelo Carthaginiensibus concessit: (Diodor. XI. 26.) „ut duo sacella aedifica-

1. ἜΔΟΞΕΝ Καρχηδονίοις Ἄννωνα πλεῖν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων, καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων. Καὶ ἔπλευσεν, πεντηκοντόρους ἑξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν, καὶ σῖτα καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν.

rentur, in quibus foederis tabellae consecrarentur." (ἀνατιθέναι).

Τοῦ Κρόνου. Princeps deorum apud Poenos fuit Baal, qui graece *Κρόνος*, latine Saturnus redditur. Ergo in potentissimi dei templo itineris tam memorabilis ponebatur monumentum, maiestate supremi numinis dignum. Eadem ex causa Hanno cutes trium captarum feminarum Gorillarum, quas Plinius et Solinus Gorgones vel Gorgades nominant, in templo Iunonis (Astartes) suspendit (Vid. Peripl. Hannon. Cf. Plin. H. N. V. 36. Solin. 56. extr.), quum huic deae eiusmodi spolia tanquam itineris primitiae dedicarentur.

1. *Ἔδοξεν*, i. e. ἡ γερουσία, et ἡ σύγκλητος cum sufetibus consensit et decrevit. Vid. Commentat. meae cap. VIII. Cf. Diodor. XX. 59. *Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς γερουσίας ἐν Καρχηδόνι βουλευσαμένης περὶ τοῦ πολέμου καλῶς, ἔδοξε τοῖς συνέδροις τρία στρατόπεδα ἐκπέμψαι.* De gravioribus rebus in utroque concilio agebatur.

Πεντηκοντόρους. Doctus Bougainvillius (Mém. de l'Acad. des Inscr. XXVIII. p. 288.) ex Thucydide probare studet, hanc navigationem 703 annos a. C. factam esse. Docet enim Thucydides triremes CCC annos ante bellum Peloponnesiacum inventas esse, ergo naves L remis instructas certe CLX annos post conditam Carthaginem in usu fuisse. Verum haec ratio facile refutatur. Tali enim expeditioni maritimae conducebant naves onerariae, minores quidem, sed latae ac planae et ita comparatae, ut nautae non solum propius oram maritimam legere, sed vada et caeca saxa leviter supervehi possent, quibus triremes ceteraeque naves magnae molis illisurae forent. Apud Strabonem (Tom. I. p. 265. ed. Siebenk.) Eudoxus eadem navium structura utitur ad simile consilium exsequendum.

Μυριάδων τριῶν. Hic numerus nemini mirus vide-

2. Ὡς δ' ἀναχθέντες τὰς στήλας παρημείψαμεν καὶ ἔξω πλοῦν δυοῖν ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν, ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον· πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν.

bitur, qui eum cum multitudine comparaverit copiarum, quas Carthaginienses ex Libycis nationibus tam facile conscriberent. Exempla bellis Siculis et Punicis frequenter occurrunt.

2. Ὡς δ' ἀναχθέντες. Ex tribus partibus graecus periplus constat: ex inscriptione, propositione, narratione.

Τὰς στήλας. Scriptor non angustum fretum his verbis describit, i. e. saxa Calpen et Abylam e regione sita, sed classem iam remensam esse eam viam narrat, quae itineris finis per columnas habeatur. Hoc manifeste docent verba: ὡς τὰς στήλας παρημείψαμεν καὶ ἔξω πλοῦν .... ἐπλεύσαμεν. Iam ex hac causa Gosselini (Recherch. sur la Geogr. syst. et positive des anciens, tom. I. p. 71. 72.) computatio itineris evertitur, qui primam urbem ab Hannone infra fretum Gaditanum prope Ceutam conditam esse opinatur.

Πρώτην πόλιν, i. e. non solum primam, sed etiam primariam urbem. In ista enim orae parte urbs condebatur, quae antea non erat; in ceteris vero regionibus emporia sive oppida iam a Phoenicibus erant fundata, quae nunc a Carthaginiensibus colonis Hannone duce denuo frequentabantur. Hanc interpretationem accurata verborum explicatio flagitat, quae §. V. proponetur.

Ὠνομάσαμεν. Igitur a Carthaginiensibus hoc nomen est inventum, quod in ceterorum oppidorum nominibus laudandis non ita esse sequentia docebunt.

Θυμιατήριον. Apud Scylacem: Θυμιατηρίας, in Stephano: Θυμιατηρία. Oppidorum, quae Hanno condidit, nomina ex Phoenicum lingua derivanda et explicanda esse demonstrare conatus est Bochartus, cuius interpretationem commentatores probaverunt. Sed et graeci verbi significatio defendi potest. Θυμιατήριον est thuribulum, acerra, qua voce, si graeca denominatio vera est, nihil aliud indicatur quam consecratio, dedicatio urbis, urbs diis consecrata. Quum enim haec prima esset colonia, initium ex sacris rite faciendis sumendum

3. Κἄπειτα πρὸς ἑσπέραν ἀναχθέντες ἐπὶ Σολόεντα, Λιβυκὸν ἀκρωτήριον, λάσιον δένδρεσι, συνήλθομεν.

erat eamque ob causam hoc emporium thuribulum, i. e. urbs thuris sive sacrorum appellabatur. Haec dicendi ratio Hebraeorum sermoni respondet. Bochartus autem putat: „non genuinum θυμιατήριον esse verbum graecum, sed punicum terminatione graeca mollitum atque flexum, ne laederet aures atticas.“ Nempe verum urbis nomen erat דמאתריה Dumathiria quasi πεδιάδα dixeris, id est campestrem urbem. Arabice saltem in Giggeio דמאתיר dumathir et דמתר dumthor est terra plana. Unde petitum urbis nomen, docent ipsa verba Hannonis: ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον· πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν. Δὲ habet h. l. vim explicandi, et pro γὰρ positum. — Thymiaterion in litore occidentali inter oppida nunc Larache et Marmora dicta situm fuisse videtur.

3. Πρὸς ἑσπέραν. In hac ora maritima plures sinus maioris ambitus inveniuntur saepe in terram interiorem tam longe pertinentes, ut novi etiam maris recessus inde formentur. Naves igitur ex his portubus evectae ad vesperam tenderent necesse erat, si promontorium Soloëntem superare vellent.

Σολόεντα. Urbis nomen phoeniciae originis esse, Bocharto interprete probabile est. „Hebraeis סלעים (Selaim) est rupes;“ igitur Σολόεις promontorium saxosum, quod nomen non ab Hannone datum, sed a Phoenicibus, qui ante multos annos hanc oram iam praeternavigaverant. Ex eadem causa Phoenices in ora Siciliae boreali in loco edito et saxoso, cui portus adiacebat, coloniam et urbem condiderunt eamque Soloënta appellaverunt. Variant scriptores in scribendo nomine, Plinius habet Solûs (III. 8.), item Diodor. XIV. 48. 78. Hesychius dicit: Σολουντὶς, ἄκρα τῆς Λιβύης; Ptolemaeus: Σολοεντία ἄκρα. — Πόματον Σολόεντα Crinagoras in epigrammate, cf. D'Orvillius ad Chariton. p. 424. et Reiskius in Anthol. p. 188. Promontorium Σολόεις iam Herodoto notum IV, 43. Nunc: Cap Blanco, apud Azimur, nominatum, et distinguendum ab altero promontorio sic appellato, quod infra hoc versus Austrum situm est.

4. Ἔνθα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι, πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας ἥμισυ, ἄχρι ἐκομίσθημεν εἰς λίμνην οὐ πόῤῥω τῆς θαλάττης κειμένην, καλάμου μεστὴν πολλοῦ καὶ μεγάλου· ἐνῆσαν δὲ καὶ ἐλέφαντες καὶ τἆλλα θηρία νεμόμενα πάμπολλα.

5. Τήν τε λίμνην παραλλάξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν, κατῳκίσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας

Συνήλθομεν. Igitur singulae naves diversum cursum tenebant et promontorium Solois classi communis erat conveniendi locus.

4. Ποσειδῶνος ἱερόν. Postquam Poeni promontorio Soloente superato pericula vicissent, quae etiam Lusitanis nautis decimo quinto saeculo p. C. n. vehementem terrorem iniecerunt, Neptuno, Deo marino ab Afris, Herodoto teste (II. 50.), potissimum in honore habito, ob secundam navigationem sacra fecerunt. In sacelli ara postea a colonis exstructa, ut Scylax tradit, tam artificiose expressae erant virorum imagines, leones, delphines, ut haec a Daedalo ficta crederentur. Ob hunc deorum cultum tota regio sacra nominabatur, imo hoc epitheton in promontorium ipsum transferebatur, quod in extremo et incognito mari situm propter imminentia pericula non sine singulari deorum auxilio circumnavigari posset. Qua ex causa Aethiopes hanc terram incolentes dicebantur sacri, fortasse etiam, quod extremis terrarum finibus solis cubili propinqui adiacerent.

Ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Ἐπιβαίνειν geographi dicunt altum tenere; igitur Hanno a Soloënte in aequor porrecto altum petebat. Unde patet cur versus orientem solem navigarit, quanquam continenti iterum appropinquandum et praeter oram maritimam navigandum erat. Quod de Soloente dictum est, id quoque ad reliquum cursum nautarum cetera promontoria in mare prominentia circumnavigantium adtinet.

5. Κατῳκίσαμεν. In edit. Gelen. legitur κατῳκήσαμεν. Hunc locum memoratu dignissimum censeo. Quum in fronte libri declaretur, Carthaginiensibus pla-

cuisse, ut Hanno extra columnas Herculis navigaret, et non unam urbem sed plures (πόλεις κτίζειν) conderet, verum praeter hanc supra nominatam novarum in periplo mentio non fiat, commentatores has esse colonias recens fundatas existimaverunt. Quum autem κατοικεῖν huic notioni repugnet, Conradus Gesnerus et post eum ceteri editores κατῳκήσαμεν falsum esse et κατῳκίσαμεν legendum putant, quam emendationem Dukero duce defendunt, qui in adnot. ad Thuc. VI. 3. οἰκίζειν pro κτίζειν poni affirmat. Hac auctoritate opus non erat. Primo enim loco Hanno dicit: ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, primariam urbem condidimus; hoc loco: κατῳκίσαμεν. Κτίζειν est condere, κατοικίζειν est: urbem colonis frequentare. Igitur haec oppida iam condita erant a Phoenicibus, (qui olim in his regionibus sedes collocaverant) et nunc ab Hannone novis tantum advenis implebantur. Utraque enim res vocabulo κτίζειν exprimitur, ita tamen, ut Hanno initio peripli hoc vocabulo generale quasi consilium constituendorum oppidorum (κτίζειν) indicet, hoc autem loco voce κατοικίζειν institutas esse antiquas Phoenicum urbes novis colonis immittendis. Ex periplo patet: unum tantum novum oppidum, Thymiaterion, esse conditum, ceterasque urbes non in condendis sed in conditis numerandas, quem sensum verborum accurata interpretatio et structura flagitat. Quum enim Hanno primam urbem exstrueret, dicit: ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον. Quum in recessu cuiusdam sinus parvam insulam repperisset incolisque frequentasset, item dicit: ἥντινα ὠνομάσαμεν Κέρνην. At hoc loco, quem tractamus, legitur: Κατῳκίσαμεν πόλεις καλουμένας Καρικόν τε τεῖχος καὶ Γύττην κ. τ. λ., ut paulo infra: ὄρος ἐφαίνετο μέγιςον, Θεῶν ὄχημα καλούμενον, et in extremo periplo: ἀφίκετο — εἰς κόλπον Νότου Κέρας λεγόμενον. Hoc non est: mons cernebatur, quem appellabamus Theon ochema, sed qui appellabatur, cui hoc nomen iam erat; ideoque κατῳκίσαμεν πόλεις καλουμένας Καρικόν τε τεῖχος etc. nihil aliud significat quam: incoluimus i. e. invenimus et novis incolis frequentavimus urbes, quibus iam nomen erat Καρικόν τε τεῖχος etc. Nunc egregie Carthaginiensium artificium intelligitur, quod non germanos Poenos, sed Libyphoenices ad hunc

finem exsequendum elegerint, qui tam Phoenicibus has urbes habitantibus quam Libyae populis imprimis essent accepti atque affines. Non video, cur non verba §. 1. memorata *πόλεις κτίζειν* ad haec quoque oppida et coloniam in insula Cerne fundatam referri possint, licet una tantum nova urbs sit condita et Libyphoenices modo cum veteribus Phoenicibus in unum coaluerint. Quam callidum Carthaginiensium fuerit ingenium, elucet ex hoc consilio navigationis capto, quo ad commercium amplificandum et tutandum tanta hominum multitudine veteres colonias in his regionibus frequentarent et quasi subigerent. Accedit, quod Aelius Aristides, qui Hannonis periplum legit, eadem voce utitur. Dicit enim (vid. Aristides Dindorfii, Vol. II. pag. 474.): *Καρχηδόνιοι οἱ ἐκπλεύσαντες ἔξω Γαδείρων, καὶ τὰς ἐν τοῖς ἐρήμοις τῆς Λιβύης πόλεις οἰκίσαντες.* Sic enim habet Cod. *Γ.* et Canterus, pro vulgata lectione: *οἰκήσαντες κ. τ. λ.* Egregie haec interpretatio probatur Plinii verbis, qui (V. c. 1.) illas urbes, quas supra memoravimus, *incultas* et ab Hannone conditas esse narrat. Ergo iam olim erant aedificatae. Ex tota autem descriptione evidenter demonstrari potest, hanc navigationem, quum via locorumque situs Hannoni usque ad Cernen non incognita fuerint, non primam fuisse, sed potius repetitam, novum vero iter inceptum ab insula Cerne et ad extremum promontorium versus Austrum esse continuatum. Narrationis brevitas et Poenorum cauta prudentia omisit omnia, quae singularem locorum naturam et mercaturae fontes detegere possent.

Εἰς Λίμνην. Λίμνη pro portu quem ipsa natura fecit, fere ut I. Maccab. XI. 35. adhibuit, quod Hebraeam, ideoque Punicam dicendi rationem prodit. Hug. De portu sensu proprio h. l. non agi, singula verba evidenter demonstrant. Qui enim fieri possit, ut portus *λίμνη οὐ πόῤῥω τῆς θαλάττης κειμένη* dicatur? ut plenus sit calami palustris? ut elephanti aliaeque ferae frequentes ibi pascantur? Hannonis narratione naturalis huius orae conditio accurate describitur, quae ita comparata est, ut fluvii, antequam in mare effundantur aut in brachia dividantur, lata stagna prope mare saepe efficiant, quae aestivo tempore solis ardore maximam partem ita exsiccentur, ut non solum in iis calamus ceteraeque plantae

6. *Κἀκεῖθεν δ' ἀναχθέντες ἤλθομεν ἐπὶ μέγαν πο-*

runt. Inde Gath Philistaeorum a Polybio, Iosepho et Stephano Gitta dicitur, et a Plinio Gettae. Eius nominis fuit etiam Samariae vicus, e quo Simon apud Iustinum, Epiphanium et Zonaram.

Ἄκραν. Acra est חקרא Hakra, id est, arx, munitio; quam vocem, Graecis frustra repugnantibus, Syri sibi vindicant. Hinc in Ionathane קרין חקרא urbes Hakra, i. e. munitionis, sive munitae, Deut. 3, 5. et in chaldaea paraphrasi lib. 2. Samuelis cap. 2. v. 7. בחקרא רציון Hakra de Sione, arx Sionis; et cap. 7. v. 6. habitavit David בחקרא in Hakra, id est in arce. Graeci Acran dixerunt neglecta aspiratione. Sic 1. Maccab. 1, 35. Et aedificaverunt civitatem David muro magno et firmo, et turribus firmis et facta est illis *εἰς Ἄκραν*, in Acran. T[illegible] e civitate David Io-[illegible] distinguit, ut in [illegible] *ἄνω πόλιν*, in hac [illegible] *πόλιν* sitam fuisse [illegible] *[illegible]ιτταν* vel מליטא [illegible] proprie significat ca-[illegible], si verbo da-[illegible] est, in qua [illegible] calcis sit [illegible] structuras [illegible]toria. Radix מלט melet reperitur Ierem. 43, 9. pro caemento ex arena et calce. Sed de hac voce vide partem post. lib. 2. Geogr. sacrae cap. 37. p. 642.

Ἀραμβυν. Arambyn, quae sola superest, a situ puto vocasse Phoenices הר־ענבין har-anbin, montem racemiferum; et vites fuisse in illis locis constat ex periplo Scylacis, qui de vicinis Aethiopibus ita habet: *οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων.* Quibus consona haec Plinii lib. 5. c. 1.: Ibi fama, existere certa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias. Sed Strabone nihil expressius, qui in Mauretania refert, ex aliorum fide, nasci vitem tam crassi caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, racemos cubitales nonnunquam producentem.

6. *Κἀκεῖθεν.* Ambiguum, utrum de hac regione in universum dicatur, an de extrema urbe Arambye iter continuatum sit. Res non magni momenti, si nostram explicationem probaveris.

Μέγαν ποταμὸν Λίξον. Duo sunt fluvii, quibus nomen Lixus. Scylax alterum supra Thymiaterium et prope columnas Herculis ponit; Hanno alterum infra

ταμὸν Λίξον, ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥέοντα. παρὰ δ' αὐτὸν νομάδες ἄνθρωποι Λιξῖται βοσκήματ' ἔνεμον· παρ' οἷς ἐμείναμεν ἄχρι τινὸς φίλοι γενόμενοι.

Arambyn versus occidentem reperit, qui a Scylace non Lixus sed *Χιῶν* appellatur (nominis diversitas fortasse scribarum errore est orta). Nam terrarum natura et incolarum conditio, quam Scylax describit, cum Hannonis narratione consentit: *Περὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν περιοικοῦσιν Αἰθίοπες. Κατὰ δὲ ταῦτα νῆσός ἐστιν, ᾗ ὄνομα Κέρνη.* — Bochartus nomen a ליש (Laix vel Lix), quod Hebraeis leo est, graece *λῖς* (*λίς*), flumen leonum. Quum paulo post Hanno hanc regionem, qua Lixus oriatur, *γῆν θηριώδη* nominet, *θὴρ* autem passim pro leone usurpetur (Vid. Cl. Passow. lex. s. h. v.): ex hac ipsa significatione (*θηριώδη*, leonifera) vera vocis notio patet. Ex Lixi enim confusione supra Thymiaterion fluentis cum Hannonis Lixo veterum narrationes inter se repugnent necesse est. Plinius (V. 1.) loquitur de priore fluvio, quem Scylax Lixum nominat, quod iam Stephanus recte vidit, qui haec habet: *Λίγξ, ποταμὸς Μαυριτανίας καὶ πόλις. Τινὲς δὲ Λίξον γράφουσι.* Et: *Λίξα, πόλις Λιβύης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Λιβυκῶν, ἀπὸ Λίξου ποταμοῦ.* Unde non difficile est ea inter se conciliare, quae Polybius apud Plinium (V. 1.) Pomponius Mela (III. 10.) et Strabo (Tom. VI. p. 640. 654. ed. Tzs.) tradunt. Conferantur etiam praeter locos modo laudatos commentationes recentiorum scriptorum, quae non minus ac veterum narrationes inter se discrepant. Bochartus in Geogr. sacr. Tom. II. p. 711. Stephanus Byz. et Pined. in adnott. sub voce *Λίγξ* et *Λίξος*. Bougainvillius in: Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXVI. p. 16. Gosselinus in: Recherch. sur la Geogr. tom. I. p. 98. Rennellius in: Geography of Herodotus p. 910. Hagerus in: Geographischer Büchersaal p. 644. Campomanes in: illustr. al Periplo p. 56. Vierthalerus in: Beyträge zur Geographie I. p. 146. sqq. Heerenius in: Ideen über die Politik etc. Opp. t. VIII. pag. 519. Hugius in: Hannonis periplo p. 29. Mannertus in: Geographie der Gr. u. Röm. T. V. Sect. II. p. 497. Gailius in: Geogr. graec. min. Tom. I. p. 129. — Heerenio

8. Λαβόντες δὲ παρ' αὐτῶν ἑρμηνέας, παρεπλέομεν τὴν ἐρήμην πρὸς μεσημβρίαν, δύο ἡμέρας· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, ἡμέρας δρόμον. ἔνθα εὕρομεν ἐν μυχῷ τινος κόλπου νῆσον μικρὰν, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε· ἣν κατῳκίσαμεν, Κέρνην ὀνομάσαντες. ἐτεκμαιρόμεθα

8. Ἣν κατῳκίσαμεν, Κέρνην ὀνομάσαντες. Graecus interpres iterum verbo κατοικίζειν utitur, ad indicandum, in hac insula non urbem esse conditam, sed stationem tantum colonis suis constitutam. Vulgo: κατῳκήσαμεν.

Κέρνη. Bocharto interprete Phoenicibus erat חרנאה, postremum habitationis, i. e. ultima habitatio. Inde est, quod (πυμάτην) ultimam appellant. E. g. Dionysius Periegetes: πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης. Rufus Festus: Aethiopum populos alit ultima Cerne. Palaephat. c. 32. p. 24. ed. Fisch. Οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μὲν εἰσιν Αἰθίοπες, οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κέρνην, ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Quum haec denominatio generalis sit, nemo miretur, quod nautae postea quamlibet fere insulam, sive propinquiorem sive remotiorem, Cernen appellaverint, unde fama, quae iam apud Scylacem est, ultra Cernen mare non posse navigari. Magnus est numerus scriptorum, qui huius insulae mentionem faciunt, sed etiam maior inter eos de vero situ dissensio. Clitarchus hanc insulam contra sinum Persicum, adversam Aethiopiae ponit; Ephorus auctor est, a rubro mari navigantes in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas (sic dicuntur parvae insulae) provehi. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius, esse ex adverso maxime Carthaginis, distare a continente passus mille et non ampliorem circuitu duobus millibus. Vid. Plin. VI. 31. Ceteros scriptores: Lycophronem (V. ad Alexandr. 16–18.), Ptolemaeum (IV. 6.), Nonnum (Dionys. XXXIII. v. 18.), laudasse sufficiat, apud quos praeter insulae nomen nihil certi invenitur. Quum igitur inter antiquos tanta fuerit de situ Cernes dissensio, mirandum non est, hos a recentioribus superari in proponendis coniecturis et

δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ περίπλου κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρ-

locis describendis. Qui huius rei notitiam sibi comparare velit, multa subtiliter, docte acuteque disputata inveniet in Campomanis, Bougainvilii, Gosselini, Rennelii, Vierthaleri, Mannerti, Bredowii, Gailii libris supra laudatis. Quae Plinius VI. 31. de Cerne tradit contra sinum Persicum sita, ex qua Lycophrone canente sol oriatur, a Graecorum erroribus profecta sunt, qui Africae occidentalem oram versus meridiem ita extendi opinabantur, ut trianguli formam haberet et Cerne esset terminus occidentalis regionis ideoque initium orientalis orae ad sinum Arabicum et mare rubrum vergentis. Vid. Strab. — Quam proclives Graeci fuerint ad fabulas prisci aevi in his locis ponendas et miraculosa quaeque in extremam Africae oram transferenda, Diodorus nobis testis est libro tertio (c. 51. sqq.), ubi de Amazonibus Cernen habitantibus, de Gorgonibus, de Perseo, de Atlantide tractat. De commercio autem, quod Hanno redux popularibus suis detecta hac insula patefecit, Scylax nobis haec tradit: „Phoenices, quum venerint in hanc insulam, gaulos suos adpellunt, ibique tentoria sibi fingunt; onera vero Aethiopes minoribus navigiis in continentem portant. Poeni autem offerunt unguentum, lapidem Aegyptium, tegulas Atticas, congios, et mutando accipiunt ab illis pelles cervorum, leonum, pardalium, elephantum cum eorum dentibus; immo Poenis concessum est ad urbem magnam Aethiopum navigare.“ In hac regione quaerenda est etiam illa natio Libyca, quacum, Herodoto narrante (IV. 196.), Carthaginienses ex linguae ignoratione negotium mutum facerent, quod recentiorum navigatorum testimoniis luculenter confirmatur. Vid. Leon. Afr. pag. 633. et Hoestii et Lyonis itinera. Equidem cum Cl. Heerenio et Mannerto plane consentio, hanc insulam, nisi forte submersa fuerit, prope vicinam urbem Sanctam (St. Cruz) Crucem quaerendam esse. Quae Herodotus cap. anteced. (IV. 195.) de insula Cerauni tradit, ad Cernen vix pertinere videntur, quum utriusque insulae situs tam diversus, immo contrarius sit, ut ex nominis similitudine nihil certi colligi possit.

Κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος. Non video, cur commentatoribus hic locus tam difficilis interpretatu

9. *Τοὐντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης. εἶχεν δὲ*

A columnis Herculis ad Thymiaterion, 2 diebus;
a Thymiaterio ad Soloëntem neque itineris cursus, nec tempus indicatum;
a Soloënte ad lacum calamo plenum dimidio diei;
ab hoc lacu ad *Καρικὸν τεῖχος* uno die;
ab hoc oppido ad flumen Lixum cursûs mensura non notatur;
a Lixo ad Cernen tribus diebus.

Ex his numeris efficitur tempus 6 dierum et dimidium diei, ad quae si intervalla non definita a Thymiaterio ad Soloëntem et a statione *Καρικὸν τεῖχος* addas, Scylacis narratio Hannonis computationi non adversatur. Quod si igitur ab Hermaeo promontorio ad Soloëntem praetervehentibus cursus trium dierum est et a mansione *Καρικὸν τεῖχος* ad Lixum duorum dierum et dimidii: recte summa duodecim dierum contrahitur. Caeterum Hanno mihi ob hanc causam temporis et cursus intervalla bis non adnotasse videtur, quod in explorandis locis ad colonias condendas idoneis et propter sinuosam et flexuosam oram itineris accuratam mensuram nautarum more concinnatam definire non potuerit.

9. *Χρέτης*. Excidisse pauca videntur, e. g. *καλούμενος*, vel *ᾧ ὄνομα ἦν Χρ.* etc. Verborum enim structura: *διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες Χρέτης*, manca est, nisi interpretis incultae orationi hanc ellipsin indulseris. De scriptura *Χρέτης* dubitari potest, quum amnis eiusdem nominis plane ignotus sit. At notissimus est fluvius *Χρεμέτης*, quem Aristoteles in maximis Libyae fluminibus numerat (Meteorol. I. 13.) et in mare Atlanticum effundi „primumque esse Nili fluentum“ (*καὶ τοῦ Νείλου τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶτον*) dicit. Eum secutus est Basilius (in Hexaemeron. homil. 3.): *ὁ καλούμενος Χρεμέτης καὶ πρός γε ἔτι ὁ Νεῖλος*. Ab Hesychio quoque, a Suida et Nonno (Dionys. III. v. 374.) ita nominatur. Auctore Bocharto fluvius Chremetes punice dicebatur נהר כרמאם nahar cheremath, i. e. fluvius vinearum, idem quod Hebraeis כרמים cheramim. Confirmatur id ex Scylace, qui hos Aethiopes, prope Cernen ad amnem quem diximus habitantes, vinum asserit e vineis plurimum conficere (*οἶνον δὲ*

νήσους ἡ λίμνη τρεῖς, μείζους τῆς Κέρνης. ἀφ' ὧν ἡμερήσιον πλοῦν καταντύσαντες, εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης ἤλθομεν. ὑπὲρ ἣν ὄρη μέγιστα ὑπερέτεινεν, μεστὰ ἀνθρώπων ἀγρίων, δέρματα θήρεια ἐνημμένων, οἳ πέτροις βάλλοντες ἀπήραξαν ἡμᾶς, κωλύοντες ἐκβῆναι.

10. Ἐκεῖθεν πλέοντες εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων. ὅθεν δὴ πάλιν ἀποστρέψαντες εἰς Κέρνην ἐπανήλθομεν.

ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων), Koenigsmannus in libro de Geographia Aristotelis (pag. 253. not. 385.) Bocharti interpretationem quidem probat, sed vocem Χρεμέτης e graeco derivare conatur „ab antiquo χρέμειν (unde χρεμέθειν et χρεμετᾷν) sive a strepitu ac velut screatu inditum, quo aquas ille suas in mare eiectet.“ Haec interpretatio viri docti paucis probabitur. Plures veterum hoc flumen Nili brachium esse putaverunt, quod cum eorum notione quam sibi finxerant de Libya versus Austrum porrecta et de ora maritima occidentali, quae versus Eurum esset extenta, bene congruit. Gailius hunc fluvium hodie Subu vel Sebou, Gosselinus Buragray vel Sala, Campomanes el rio Niger appellari censent. Equidem Bougainvillio et Vierthalero, Χρεμέτην esse fluvium nunc flumen St. Ioannis nominatum, quod apud promontorium Mirik in mare effundatur, omnino assentior.

Μεστὰ ἀνθρώπων. Vid. not. 5. p. 12.

10. Ἕτερον ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων. Ex hac descriptione fluminis crocodilis et hippopotamis referti manifeste apparet Hannonem ad Senegam accessisse, quum in hac Africae ora nullus inveniatur fluvius, qui amplus sit atque latus, et illis belluis scateat. Hic ἕτερος ποταμὸς, cuius nomen in periplo omissum, a Polybio apud Plinium V. 1. Bambotus crocodilis et hippopotamis refertus appellatur, a quo montes per-

11. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ μεσημβρίας ἐπλεύσαμεν δώδεκα ἡμέρας, τὴν γῆν παραλεγόμενοι. ἣν πᾶσαν κατῴκουν Αἰθίοπες, φεύγοντες ἡμᾶς καὶ οὐχ ὑπομένοντες· ἀσύνετα δ᾽ ἐφθέγγοντο καὶ τοῖς μεθ᾽ ἡμῶν Λιξίταις.

12. Τῇ δ᾽ οὖν τελευταίᾳ ἡμέρᾳ προςωρμίσθημεν ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν· ἦν δὲ τὰ τῶν δένδρων ξύλα εὐώδη τε καὶ ποικίλα.

13. Περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο, γινόμεθα ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ, ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν. ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν

petiui usque ad theôn ochema exsurgant. Idem nomen Solinus affert. Quum autem propter crocodilorum et hippopotamorum frequentiam hic fluvius notus sit, hippopotamus vero hebraice בהמות behemoth sonet, doctus Bochartus ingeniose concludit, Bahamothum legendum esse, nomine facto ex Bamoth. Ergo Bamoth seu Behemoth est fluvius hippopotamorum. Bochartus hoc Gambiae flumen putat, quo solo caballinus piscis teste Cadamosto reperiatur, Gailius Salam hodie dici existimat. Bougainvillius, Mannertus, Heerenius hunc fluvium esse Senegam recte iudicant, quod itineris cursus et belluae in illo habitantes evidenter demonstrant. Vid. Uckerti Geogr. d. Griech. u. Roemer. I. p. 65. Conf. Strab. Tom. VI. p. 644. ed. Tzsch.

11. Ἐπὶ μεσημβρίας. Gesnerus μεσημβρίας plurali numero idque eleganter dictum putat. Est Genitivus.

Ἀσύνετα δ᾽ ἐφθέγγοντο. Alia igitur gens sermone moribusque dissona hanc orae partem iam tum temporis incolebat. Quum Aethiopum nomen his nigris commune sit, mirum non est, quod graecus interpres hoc loco eadem voce utitur. Interpretes quoque Cadamosti, qui hanc oram praetervectus est, horum nigrorum linguam non intellexerunt.

13. Ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ, ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν. Gesnerus hoc de ipso maris spatio dictum putat, quod superatis

πῦρ ἀναφερόμενον πανταχόθεν κατ' ἀποστάσεις· τὸ μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον.

illis montibus longe lateque vastum appareat. Gailius recte animadvertit, hoc loco non de mari sed de sinu quodam dici, et geographorum sermone maris nomen saepe afferri, ubi continentis vel terrae nomen rectius adesset. Quum igitur Hanno hunc sinum, quem Gailius cum Gosselino hodie de Saint Croix appellatum censent, depingere voluerit, *θαλάττης χάσμα ἀμέτρητον* se vidisse ait, dum potius *γῆς* vel *ἠπείρου χάσμα*, i. e. continentis hiatum invenerit. Equidem in universum cum Gailio consentio, accuratior tamen explicatio haec mihi videtur. Notum est, *χάσμα* non solum de terra, sed etiam de mari usurpari: ergo *χάσμα θαλάττης* significat hiatum, quem mare in terra fecit. Talis genitivus subiectivus non solum Hebraeorum et LXX interpretum more positus est, sed ubique in optimis Graecorum scriptoribus occurrit. Egregie autem haec et verba sequentia *ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν* illustrantur e Strabone, qui de Sinu Emporico (T. VI. p. 642.), cuius situm non bene cognovisse videtur, haec narrat: *Φασὶ δ' οὖν, τὸν Ἐμπορικὸν κόλπον ἄντρον ἔχειν ἔσω δεχόμενον τὴν θάλατταν ἐν ταῖς πλημμυρίσι καὶ ἑπτὰ σταδίων. Προκείμενον δὲ τούτου ταπεινὸν καὶ ὁμαλὸν χωρίον, ἔχον Ἡρακλέους βωμὸν, ὃν οὐκ ἐπικλύζεσθαί φασιν ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος. Ἐγγὺς δὲ τούτου τὸ ἐν τοῖς ἑξῆς κόλποις κατοικίας λέγεσθαι παλαιὰς Τυρίων, ἃς ἐρήμους εἶναι νῦν οὐκ ἐλαττόνων ἢ τριακοσίων πόλεων· ἃς οἱ Φαρούσιοι καὶ οἱ Νιγρῖται ἐξεπόρθησαν.* Hoc loco *κόλπος ἔχων ἄντρον εἴσω δεχόμενον τὴν θάλατταν* nihil aliud dicit quam *θαλάττης χάσμα ἀμέτρητον κ. τ. λ.* Gailius verba *ἧς ἐπὶ θάτερα κ. τ. λ.* mendum redolere putat. Versiones Gesneri, Campomanis, Falconeri, Gosselini, Uckerti, Malte-Brunii inter se discrepant. Primum enim illi notandum videtur, *ἧς* referendum esse ad *θαλάττης*, dum melius fortasse relativum a *χάσμα* penderet. Deinde *πρὸς τῇ γῇ* habet pro interpretatione prava cuiusdam librarii, qui ut *ἐπὶ θάτερα* explanaret, distincte exprimendum crediderit, fuisse hunc campum in terrestri sinus latere, nec vero in opposita parte (quod friget); ergo *πρὸς τῇ γῇ* deleri vult. — Mihi locus sanus quidem

14. Ὑδρευσάμενοι δ' ἐκεῖθεν ἐπλέομεν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμέρας πέντε παρὰ γῆν, ἄχρι ἤλθομεν εἰς μέγαν κόλπον, ὃν ἔφασαν οἱ ἑρμηνέες καλεῖσθαι Ἑσπέρου Κέρας. ἐν δὲ τούτῳ νῆσος

videtur, quamquam non ad grammatices normam accurate expressus. *Χάσμα θαλάττης* est hiatus, ut iam dixi, quem mare fecit in continente, in quem mare penetrat; *ἧς* ad *θαλάττης* quidem refertur, sed proprie ad utrumque verbum, pro uno substantivo positum pertinet et significat: in altera parte hiatus in continenti est regio plana; nam altera continentis pars erat montuosa.

14. *Ἑσπέρου Κέρας.* Praeter vulgarem duplex est *τοῦ Κέρατος* notio. Significat promontorium et fluvii ostium. Hugius et Gailius locum Thucydidis I. 110. laudant, quo haec vis demonstretur: *Ἐκ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῆς ἄλλης ξυμμαχίδος πεντήκοντα τριήρεις διάδοχοι πλέουσαι εἰς Αἴγυπτον, ἔσχον κατὰ τὸ Μενδήσιον Κέρας.* Scholiasta ad h. l. habet haec: *Κέρας καλεῖ τοῦ Νείλου τὸ ϛόμα καὶ τὴν ἐκβολήν.* At haec non solum de Nili ostio Mendesio accipi possunt, verum etiam de cornu illo Aegypti longe in mare procurrente, per quod Mendesium ostium patet. Alius versus ex Apollonio Rhodio laudatus (IV. 281.) *ἔϛι δέ τις ποταμὸς, ὕπατον Κέρας ὠκεανοῖο* non plane hanc verbi vim demonstrat, quamquam Scholiasta ad hunc locum iterum adnotat: *Κέρατα γὰρ λέγουσι τοῦ ὠκεανοῦ πάντας τοὺς ἀπ' αὐτοῦ καταφερομένους.* Non enim fluvius in mare, sed Oceanus cornua sua immittit in continentem. Eustathius ad Dionys. v. 431. eandem confirmat verbi notionem, quam huic voci esse non nego, sed ab nostro loco prorsus alienam puto. Neque enim ab Hannone flumen in mare effusum commemoratur, ut cornu (*Κέρας*) huc referri possit, neque paulo post infra, ubi ad alterum sinum accessit *Νότου Κέρας* nuncupatum, ullum vestigium fluvii inveniatur sinum efficientis. Qui etiam Hanno *μέγαν κόλπον* dicere potuisset de flumine, quum his verbis manifeste mare tantum et terra in id latissime ab utraque parte procurrens describatur. Quodsi enim fluvius hunc sinum formasset, accolentes populi hanc denominationem

ἦν μεγάλη, καὶ ἐν τῇ νήσῳ λίμνη θαλασσώδης"

certe non invenissent, quum fluvii ostium non esset res tam gravis; at vero talis anfractus orae omnibus erat conspicuus atque mirabilis; et cum curvatura cornu conferendus. Praeterea *Κέρας* omnino significare promontorium locus Strabonis (XVII. pag. 801. Tom. VI. p. 537. ed. Tzsch.) evidenter demonstrat: *Μετὰ δὲ τὸ Βολβίτινον ϛόμα ἐπὶ πλέον ἔκκειται ταπεινὴ καὶ ἀμμώδης ἄκρα: Καλεῖται δὲ Ἀγνοῦ Κέρας.* Tria igitur apud graecos geographos inveniuntur verba, quibus promontorium sive caput indicetur. *Ἀκρωτήριον* est nomen generale, et praecipue de arduis in mare prominentibus saxis usurpari solet. Vox *Ἄκρα,* fem. et *ἄκρα* plurali numero neutr. gen. indicat promontorii extrema, sive in altum eminentia sive in longum extenta. *Κέρας* non modo fluvii significat ostium et litus laciniatim scissum et in modum cornu formatum, sed etiam omnia, quae prominent in aequor, imprimis *ἀκρωτήρια* in mare excurrentia et sinus efficientia cornibus similes. Ex Scylacis periplo pauca afferam exempla. *Ἀκρωτήριον δὲ Σικελίας Πελωριὰς, Πάχυνος ἀκρωτήριον, Καμάρινα, Γέλα, Ἀκράγας, Σελινοῦς, Λιλύβαιον ἀκρωτήριον, Ἀκρωτήριον ἱερὸν Τριόπιον, Κράγος ἀκρωτήριον, τὸ Καλὸν ἀκρωτήριον κ. τ. λ. Ἄκρα. Ἑρμαία ἄκρα. Τέταται δὲ τὸ ἕρμα ἐπὶ ἑτέραν ἄκραν. Τῇ δὲ ἄκρᾳ ταύτῃ ὄνομα ἱερὸν ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ Σολόεντος ἄκρας. Σκύλλαιον ἄκρον,* et: *ἐπὶ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου τῆς ἄκρας ἔπεϛι βωμὸς μέγας κ. τ. λ. Κέρας* dicitur promontorium, si acuta quaedam singularis forma exstat, quae ad cornu referri possit. De vi huius voculae, qua promontorium cum sinu coniunctum significet, vide Salmas. exercitt. Plin. I. p. 166. Sic apud Solinum pag. 28. *Χρυσόκερας,* apud Plin. IX. 15. aureum cornu; apud Strab. l. VII. pag. 320. Aristot. lib. de incred. ed. Beckm. p. 144. *ἐν Ἰνδοῖς ἐν τῷ κέρατι δὲ γενομένῳ.* Recentioribus linguis montes etiam cornua dicuntur, e. g. in Helvetia: Schreckhorn, Finsterarhorn etc. Totus vero peripli locus Diodori narratione (III. 68.) bene illustratur. Tradit enim Ammonem in hac parte Libyae regnantem matrimonio sibi iunxisse Amal-

ἐν δὲ ταύτῃ νῆσος ἑτέρα, εἰς ἣν ἀποβάντες

theam eamque cum imperio huic regioni praefecisse, quae quum figura sua bovis cornu referret, Hesperi propterea cornu appellaretur. (Καὶ τὴν Ἀμαλθείαν ἀποδεῖξαι Κυρίαν τοῦ σύνεγγυς τόπου παντὸς, ὄντος τῷ σχήματι παραπλησίου κέρατι βοὸς, ἀφ' ἧς αἰτίας ἑσπέρου κέρας προςαγορευθῆναι.) Simili modo Philostratus (A. IV. init.) Aethiopiam extremo orbis terrarum promontorio τῷ ἑσπερίῳ κέρατι terminari scribit. Plinius (VI. 31.) eundem vocabuli usum confirmat his verbis: ab insula (Atlantide) quinque dierum navigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios et promontorium, quod vocavimus (V. 1.) Hesperion ceras, inde primum circumagente se terrarum fronte in occasum ac mare Atlanticum. Idem fere testatur Mela III. 91. hac descriptione: „ipsae terrae promontorio, cui Ἕσπερον κέρας nomen est, finiuntur.“ Quum igitur scriptores tanta auctoritate promontorium quidem cognoscant, fluvii autem ostium plane ignorent, eorum descriptio plus apud me valet quam recentiorum interpretatio, qui contrariam sequuntur sententiam. Manifestum enim est, si Diodori et Plinii narrationem cum periplo conferas, hanc oram maritimam versus occidentem ita in mare esse projectam et promontorium cum sinu ita eminere, ut extremum idque ultimum Libyae caput navigantibus putaretur (conf. Uckerti Africa II. pag. 77.), supra quod versus occidentem nullum amplius inveniretur. Ab hac parte ora versus meridiem flectitur et novum anfractum efficit usque ad promontorium, in periplo Νότου κέρας nominatum, quod extremum Africae australis credebatur, quum ex veterum opinione ora tunc ad Aegyptum et Asiam inclinaret, inter septentriones et orientem extenta. Et profecto ora hinc statim versus orientem flectitur, ut omnino extremum caput versus austrum situm videatur. Ergo totus hic terrae tractus, qui a promontorio Hesperio (Ἑσπέρου κέρας) incipit et ingentem anfractum usque ad promontorium Australe (Νότου κέρας) format, recte cum figura cornu comparatur, cuius extremae partes sint Ἑσπέρου κέρας et Νότου κέρας.

ἡμέρας μὲν οὐδὲν ἀφεωρῶμεν ὅτι μὴ ὕλην, νυκτὸς δὲ, πυρά τε πολλὰ καιόμενα καὶ φωνὴν αὐλῶν ἠκούομεν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον καὶ κραυγὴν μυρίαν. φόβος οὖν ἔλαβεν ἡμᾶς καὶ οἱ μάντεις ἐκέλευον ἐκλείπειν τὴν νῆσον.

Illud autem est, ut ex descriptione itineris luculenter apparet, caput viride (Capo verde), quod omnino inter Africae promontoria tanquam extremum versus occidentem eminet; alterum vero, Caput rubrum (Capo Roxo) cum sinu suo.

Λίμνη θαλασσώδης non est lacus marinus, i. e. magnus, ingens. Qui enim, fieri posset ut lacus in insula in maris recessu sita inveniretur, qui tanti esset ambitus, ut nautis maris quasi speciem praeberet. Constat, lacus in insulis prope mare iacentibus in hac Africae ora perraro dulcis aquae, plerumque [illegible] saporis, quem [illegible]ont. Itaque λίμνη [illegible]ης lacus salsus [illegible]tur. Vid. Adanson. [illegible]kerti et Ritteri de- [illegible] Afric[illegible] [illegible] και- [illegible]ntracus [illegible]a in Cada- [illegible]) hanc oram praetervectus nocturno tempore frequentes ignes inter arbores et in ripa conspexit, quos incolae accenderant, ut popularibus suis prodigium quoddam spectari indicarent. Quum enim Lusitani navigia huic litori (Promontorii viridis) adpulissent, Azanaghi vicinarum terrarum incolae vehementi terrore percussi fugerunt, quod naves Europaeorum putabant volucres esse bestias, albis alis instructas, quae paulo post contractis navium velis in nova monstra mutatae viderentur. Vid. Abregé de l'Histoire générale des Voyages, Tom. II. p. 9. Gosselin. p. 95.

Καὶ φωνὴν αὐλῶν. Idem narrat Plinius V. 1. his verbis: Incolarum neminem interdiu cerni: silere omnia, haud alio quam solitudinum horrore: Atlantem noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumque lascivia impleri, tibiarum ac fistulae cantu, tympanorumque et cymbalorum sonitu strepere.

15. *Ταχὺ δ' ἐκπλεύσαντες παρημειβόμεθα χώραν διάπυρον θυμιαμάτων. μεστοὶ δ' ἀπ' αὐτῆς*

15. *Μεστοί.* Hoc verbum, nisi res, ad quam referatur, praecesserit, raro absolute ponitur. Quam ob causam Is. Vossius (ad Scyl. p. 54.) *μεστοὶ* in *μέγιστοι* mutandum censuit. Quum vero ab Aristophane venter et civitas *μεστὰ* dicantur, hac vocula etiam genitivo obiecti non addito interpretem graecum usum esse concedamus, quum apud Hebraeos amnes effusi, abundantes eodem adiectivo exprimantur, quod idem valet ac *μεστοὶ ῥύακες.* Sed mirum in modum perípli commentatores in illustrandis his rebus inter se dissentiunt. Plurimi enim putant ab Hannone montem describi flammas eructantem. At in hac occidentali Africae ora eiusmodi mons non reperitur, qui, etsi ignes vomere desierit, non penitus tamen e terra evanescere potuerit, ut nullum eius in his regionibus inveniatur vestigium. Qui fieri hoc possit factumve sit, physici viderint. Quodsi vero talis mons tum temporis exstiterit, id grave esset documentum viris doctis pristinam Africae conditionem cum hodierna comparantibus, quod in illo montium tractu, Sierra Leona vocato, mons fuerit ignivomus. Qui igitur hanc interpretationem defendere volet, is aut talem montem illo tempore fuisse aut ab Hannone meras fabulas esse fictas statuat necesse est. Sed mihi Hannonis narratio non ad montem ignes vomentem et torrentes igneos devolventem referenda videtur. Quid? Carthaginienses, quos Aetnae (ut alios taceam montes) eruptiones fugere non poterant, illud spectaculum horrendum dignoscere non potuissent? Quid? tantus terrae motus, qui eiusmodi tumultus comitari solet, a Poenis non animadversus, immo non sensibus perceptus foret? Num audere potuissent terram ascendere? Num mare in tanta naturae perturbatione tranquillum fuisset, ut procul dubio fuit? Num fieri potuisset, ut Hanno plures dies et noctes, oram et igneos torrentes praeternavigare (*παραπλεύσαντες*) veramque huius spectaculi naturam intelligere nequisset? Quid? hos torrentes igneos tam vastos et ingentes fuisse credas, ut spatium quadraginta milliarium ardoribus suis explevcrint?! Quis narrationi rei

πυρώδεις ῥύακες ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν ἡ γῆ δ᾽ ὑπὸ θέρμης ἄβατος ἦν.

tam miraculosae fidem tribuat? Mihi mos et vivendi ratio illorum Afrorum ita comparata videtur, ut mira huius spectaculi conditio facile explicari possit. Etenim nostris quoque temporibus hac orae parte aliisque regionibus magnum est interdiu silentium; appropinquante autem nocte ignes incenduntur et aër tympanorum et cymbalorum strepitu percutitur. Nigri enim propter nimium solis calorem in silvis casisque quiescentes incipiente frigida nocte demum exsurgunt et coena, saltationibus, cantu ludisque tumultuosis delectantur. Idem Bruceus de Sangallis tradit, quo Hannonis narratio bene illustratur et aliam causam addit, cur nocturno tempore imprimis tot ignes incendantur. Quum enim [illegible] Africae bestiae no[illegible] tris et [illegible] captura[illegible] alia r[illegible] et p[illegible] pos[illegible]

χώραν διάπυρον θυμιαμάτων. μεσοὶ δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆ[illegible] πυρώδεις ῥύακες ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν. ἡ γ[illegible] δ᾽ ὑπὸ θέρμης ἄβατο[illegible] ἦν. Ante omnia laudandu[illegible] est Hugius, qui verba *χώρα[illegible] διάπυρον θυμιαμάτων* punicum construendi modum arguere putat. Usum enim vocabuli *θυμιαμάτων* ad significandas exhalationes terrae atque vapores, Phoenician[illegible] graecitatem sapere aut Hebraicam, ita ut ad LXX interpretum morem proxim[illegible] accedat, quos existimat sen[illegible] tentiam: ארץ מקטר אש, [illegible] reddituros: *γῆν διάπυρον* [illegible] *μιαμάτων.* — Equidem [illegible] *μιάματα* [illegible] de re[illegible] usurp[illegible] qua[illegible] so[illegible] rif[illegible] [illegible] rum ag[illegible] tiles redd[illegible] Idem [illegible] Reisen [illegible]

κει, τῶν ἄστρων. τοῦτο δ' ἡμέρας ὄρος
το μέγιστον, Θεῶν ὄχημα καλούμενον.

οι δ' ἐκεῖθεν πυρώδεις ῥύακας παρα-
ντες ἀφικόμεθα εἰς κόλπον Νότου Κέ-
γόμενον.

fertiliores red-
d tempus novis
endis opportu-
. — Ceterorum
um explicatio-
di hic non est
s enim πυρώ-
ς maris splen-
putant, qui a
rtim vermibus
imalibus, par-
tibus, qui ab
osphoro nomen
ur. Vid. I. R.
erkungen p. 52.
ys. Geogr. ed.
n. I. p. 117. sqq.
rtii itin. Brasil.
c Hanno tor-
nos, igneos
are debebat,
st. graece enim
λεύσαντες, id
secundum
s, qui erant
te, navigaba-
-Bru putat
aëris
aëria
illos
mati,
lgura
s, qui
m spe-

ciem tunc praebuissent. Θυ-
μιάματα autem significare
odores florum fragranter spi-
rantium et thymo similli-
morum, quorum in his re-
gionibus magna copia esset.

Θεῶν ὄχημα. Conr.
Gesnerus testatur in anti-
quissimis tabulis geographi-
cis huic monti nomen esse
Theuochis sine dubio ab in-
digenis inditum. Itaque Θεῶν
ὄχημα verborum mutilatio
videtur ex Theuochis sive
Theuochim orta et inepta in-
terpretatio graeci scriptoris.

17. Νότου κέρας. De
hoc iam disputavi. Egregie
Mannertus et Zeunius de-
monstraverunt, hoc esse pro-
montorium rubrum;
nam abhinc ora vertitur sta-
tim versus orientem, ergo
omnino est ultimum, quod
versus Austrum extenditur.
Gosselinus et Gailius Caput
Baiador extremum itineris
finem fuisse putant, quibus
Ramusius, Hagerus, Bou-
gainvillius, Is. Vossius, Hee-
renius, Mannertus, Zeunius,
Vierthalerus, Campomanes,
Hugius, Falconerus, Malte-

4*

18. Ἐν δὲ τῷ μυχῷ νῆσος ἦν ἐοικυῖα τῇ πρώτῃ, λίμνην ἔχουσα· καὶ ἐν ταύτῃ νῆσος ἦν ἑτέρα, μεστὴ ἀνθρώπων ἀγρίων. πολὺ δὲ πλείους ἦσαν γυναῖκες, δασεῖαι τοῖς σώμασι· ἃς οἱ ἑρμηνέες ἐκάλουν Γορίλλας. διώκοντες δὲ, ἄνδρας μὲν συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ πάντες μὲν ἐξέφυγον, κρημνοβάται ὄντες, καὶ τοῖς * πέτροις * ἀμυνόμενοι· γυναῖκας δὲ τρεῖς· αἳ, δάκνουσαί τε καὶ σπαράττουσαι τοὺς ἄγοντας,

Brunius aliique iure contradicunt.

18. *Γορίλλας*. Sine dubio ea est simiarum species, quae Orang-Outang vocatur. Ex tota descriptione id liquet, nam hirsutae erant, mordebant, lacerabant. Quid? num hominibus tam facile pellis detrahitur, quam bestiis? Hae simiae silvestribus hominibus forma gressuque similes sunt et propter indolis sollertiam ad servilia ministeria institui possunt. Quam ob causam indigenae hos existimant m u t o s h o m i n e s, qui propterea loqui nolint, ne ad labores suscipiendos cogantur. Hanc opinionem imprimis Mandingi, Nigrorum gens, amplectuntur, qui has simias T o o r a l l a s vocant. Ingeniosa est Hugii coniectura, hoc nomen idem esse ac Gorillas, quum nihil facilius in scriptura permutari possit, quam *TOPAΛΛΑ* et *ΓΟΡΙΛΛΑ*. De hac elementorum *Γ* et *T* permutatione vid. praecipue Cl. Iacobs. ad Anth. Palat. T. 3. p. 969. Mannertus feros incolas insulae G o r i l l a e, quae in B i s s a g i s numeratur, Hannonis Gorillas fuisse opinatur. Fieri enim non potuisse quin Poeni simias pro hominibus haberent. Recte quidem, si de v u l g a r i b u s s i m i a r u m s p e c i e b u s a g e r e t u r; quae autem dicuntur Orang-Outang, ab ipsis incolis homines esse etiam nunc putantur et Carthaginiensibus tum temporis notae non erant. Iam vero descriptio omnino non ad homines, sed ad bestias quadrat. — Supersedeo veterum commenta et somnia afferre de Gorgonibus et Amazonibus, quae sub Gorillarum nomine latere videantur.

οὐκ ἤθελον ἕπεσθαι. ἀποκτείναντες μέντοι αὐτὰς, ἐξεδείραμεν καὶ τὰς δορὰς ἐκομίσαμεν εἰς Καρχηδόνα. οὐ γὰρ ἔτι ἐπλεύσαμεν προσωτέρω, τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων.

Πέτροις ἀμυνόμενοι. In edit. Gelen. est *μετρίοις*, quod sensu caret. Itaque Gesneri coniecturam in textum recepi. Sic §. 9. legitur: *πέτροις βάλλοντες ἀπήραξαν ἡμᾶς, κωλύοντες ἐκβῆναι.*

GEORGII GEMISTHI PLETHONIS

ET

MICHAËLIS APOSTOLII

ORATIONES FVNEBRES

DVAE

IN QVIBVS DE IMMORTALITATE ANIMI

EXPONITVR.

NVNC PRIMVM E MSS.

EDIDIT

GEORG GVSTAV FÜLLEBORN

PROFESSOR ANTIQVARVM LITERARVM IN GYMN. ELISA-
BETHANO VRATISLAVIENSI.

LIPSIAE

SVMTV E. B. SCHWICKERTI.

MDCCLXXXXIII.

VRBIS

ET

REIPVBLICAE VRATISLAVIENSIS

MAGNIFICO SENATVI

LIBELLVM HVNC

SEQVE IPSVM ADEO

D. D. D.

EDITOR.

PRAEFATIO.

Cum ad edenda haec recentioris aetatis opuſcula animum adiicerem, hoc quidem facile videbam, optatius eſſe venturum, ſi quid claſſicorum auctorum, quod inter deperdita adhuc ab eruditis deploratum fuerit, in lucem proferrem. Sed haec nimirum eſt iniuria temporis: delevit bona, vilibus pepercit; etiamſi non nego, fuiſſe forſan in deperditis non pauca, quae bona tantum opinamur, quia antiqua. Nam, ut de more aliquam commendationem his meis auctoribus praemittam, quoniam nulla hodie ſpes videtur relicta, fore, ut aliquando claſſicus aliquis auctor reperiatur, nonne et hoc aliquid boni eſt, ſi ſubinde proletarii quidam, praeſertim cum aliquid nominis habeant, in apricum proferuntur? Ac profecto hic meus Gemiſthus, de meliori alias dudum cognitus, neque hac oratione illud aliquid nominis, quod habet, perditum ibit. Accuratius de eo iudicium interponere ſupervacaneum videtur: cuius ſingularem eruditionem et egregium dicendi genus doctiſſimus ille Leo Allatius *), ſive quod ita ſibi finxerat, ſive quod ita eſt, is igitur ita laudavit, ut neminem, niſi quem nulla omnino vetuſtatis reverentia tangat, reprehenſurum hunc Plethonem eſſe

*) Eſt Pletho ſtylo accurato, eleganti, preſſo, Attici ſucci pleno, ſententiis gravi, argumentis vehemente, eruditione vero, et antiquarum rerum congerie quandoque obſcuro atque difficili: non tamen ob gratias ac veneres, quibus ubique dictionem adſpergit, moleſto, adeo ut cum antiquis nec immerito aequiparetur, ſui aevi ſcriptoribus a plerisque anteponatur. *Leo Allatius* in Diatriba de Georgiis, in ſcript. hiſt. Byz. (Par. 1651.) pag. 392. apud *Fabric.* in bibl. gr. Vol X. p. 754.

ſperare liceat. Ac ſi qui forte Leonis auctoritate non terreantur, quoniam nimirum res eo devenit, ut noſtri homines prae omnibus illis leonibus ſapere geſtiant, eos ad iudicium viri Cardinalis delegamus, Beſſarionis dico *), quem ſcimus Sanctiſſimae Sedi proximum fuiſſe **) adeoque prope falli neſcium. Sed haec hactenus: neque enim ita convenienter videar funebribus orationibus praeludere.

De Georgio Gemiſtho Plethone ***), uti de reliquis Georgiis, tam docte copioſeque expoſuit Leo, ut parum videatur aut fortaſſe etiam nihil perquirendum reliquiſſe. Liceat ex eius diatriba haec pauca transſcribere, Gemiſthum patria Byzantinum in Peloponneſo plurimum vixiſſe, et in Italia ſub Eugenio IV. a. 1438. verſatum eſſe cum Beſſarione, Theodoro Gaza, aliis. De variis eius ſcriptis, quorum pars magna inedita adhuc eſt, idem fuſius agit Allatius ****), in quibus *Orationem funebrem in Hypomonem et Cleopem Imperatrices*, *Monodiam in Hypomonem et Cleopem Imperatrices* †) et *Orationem funebrem in obitu Reginae Cleopae Palaeologinae* commemorat, in qua de animi immortalitate agitur ††), et quam certiſſimum eſt eandem hanc noſtram eſſe.

*) Τοιέτῳ ἀνδρὶ, ſcribit is, ὃ μετὰ Πλάτωνα, ἐξηγήσθω δὲ λόγῳ Ἀριςοτέλης, σοφώτερον ὐκ ἔφυσεν ἡ Ἑλλάς. — Μέγας Ἑλλάδι κόσμος εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἔσεται, τᾶτα κῦδος ὔποτ' ὀλεῖται κ. τ. λ. Epiſtola Beſſarionis ad Plethonis filios, apud *Leon. Allat.* de Conſenſione utriusque eccleſiae perpetua. (Col. 1648.) c. 3. pag. 937. diatr. p. 392.

**) Vid. Bernardus de la Monnoye in Menagianis. Tom. IV. p. 127. ſq. Cont. Apoſtolii Or. 33.

***) Conf. Diatr. eius in *Fabric.* bibl. gr. Vol. X. pag. 739. ſq. et *Harleſius* V. Cl. Introd. in Gr. auct. not. h. n.

****) Ap. *Fabric.* l. c. p. 740.

†) Ap. Fabr. l. c. p. 745. e Lambecii Cat. bibl. Caeſ. Vind. V. p. 175. e Bibl. Vatic. Altemps. Bodl. Regia Paris. Sareg.

††) Ex bibl. Auguſt. et Leid. Ind. MS. eſſe eam quoque in bibl. Regia Paris. teſtatur ib. p. 746. n. 17.

Theodorus autem princeps, cuius uxorem Cleopen deplorat, non ille Porphyrogenneta fuit, Manuelis Palaeologi frater, princeps laudatissimus, de quo adeundi sunt scriptores in nota *) nominati, sed iunior ille Theodorus Porphyrogenneta, illius Theodori patrui successor, Andronici filius, Peloponnesi despota, idem, quod opinor, ad quem noster Συμβουλευτικὴν de rebus Peloponnesiacis constituendis scripsit **). Cleopen hanc nostram qui commemoret, alium nullum novi, praeter Georgium Phranzem in Chronico Rerum Byzantinarum (e versione Iac. Pontani ad calc. Theophylacti. Ingolstad. 1604. 4.) II. c. 10. Ad quem locum Pontanus utrumque Theodorum male confundit. Mortua est ea anno Christi 1433 et in monasterio Ζωοδότȣ sepulta. Plura de hoc Illustri pari coniugum afferre nunc non habeo, neque etiam valde opus est, cum oratio per se facile intelligatur.

Michaëlis Apostolii orationem, tum quod a viro profecta est Gemisthi amico [1]) et fido defensore [2]), tum quod in virum scripta, Plethonis et Apostolii summum fautorem [3]); non minus etiam,

*) *Du Fresne* Hist. Byzant. continens, Famil. Imp. etc. Par. 1680. *Combefisii* Auctar. Nov. Bibl. Patrum To. II. pag. 1045 — 1214. *Laonici* Histor. Turcica l. IV.

**) Ap. Fabr. l. c. p. 743. Cod. est in Bibl. Bav. Cod. 200. et alibi. *Edit.* Antw. 1575.

1) Ἀνδρὸς ȣ̓ μόνον αἰδεσίμȣ, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Ἀριστοτέλει καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, εἴγε κατ' ἐκείνȣς ἐγένετο ὁ ἀνήρ. Ita de Plethone Apostolius.

2) Extat in bibl. Caes. Apologia Apostolii pro Gemistho adversus Gazam. *Lambec.* Catal. VII. p. 113. De epistolis Apostolii ad Gemisthum conf. id. p. 116.

3) Apostolium e gratia Bessarionis excidisse, Fabricius ex epistola colligere voluit, in qua Pater monuerit nostrum: ȣ̓ λοιδορίαις τȣ̃ ἀντιδίκȣ (Gazae sc.) ἀλλ' ἀποδείξεσι καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ φίλῳ (Plethoni conf. n. 2.) συνηγορητέον, τόν τ' ἐχθρὸν ἀμυντέον. Levissima sane caussa.

quod passim eam aperte imitatur Gemisthana, huic eam me optimam puto comitem adiunxisse. Fuit autem ille Michaël Apostolius exul Graecus, qui medio saeculo decimo quinto in Italiam venit, a Bessarione primum benigne habitus, deinde, mortuo Purpurato, pauper et egenus in Creta insula libris describendis 4) vitam tolerauit. De reliquis eius scriptis nihil hoc loco attinet dicere 5); nostram hanc orationem commemorat Labbeus 6), et editurus cum eiusdem Acclamationibus ad Bessarionem Leo Allatius erat in VII. volumine Συμμίκτων 7).

Bessarion ille, quem noster luctu prosecutus est, patria Trapezuntius, monachus Ordinis S. Basilii et Archiepiscopus Nicaenus, primus Graecorum inter Cardinales cooptatus est a. 1439 ab Eugenio IV, et titulo Patriarchae Constantinopolitani a Pio II. a. 1463 ornatus. Diem obiit Ravennae d. 15. Nov. 1472. redux e Gallia, in quam a Sixto IV. fuerat legatus: Romae sepultus ad SS. Apostolos, ubi ipse sibi vivus a. 1466 monumentum posuerat. Laudant singularem eius probitatem, fidem, animi candorem et morum facilitatem, quotquot de eo exposuerunt auctores 8). De eruditione eius singulari, ut tum erat, graeca et latina opera testantur 9), inprimis elegantes illae Memorabilium Xenophonteorum et Aristoteleae metaphysices versiones.

Codex, e quo utramque hanc orationem descripsi, ad inclytam nostram Rhedigerianam in Aede S. Eli-

Neque etiam tale quidquam oratio haec nostra prodit. Fabr. l. c. p. 224.

4) Homeri Codicem in inclyta nostra Rhedigeriana Rep. I. n. 98. 99. ipse Apostolius notavit ἐν πενίᾳ se scripsisse.

5) Adi Fabric. bibl. gr. Vol. X. p. 222. sq.

6) Labb. Bibl. Nov. MSS. pag. 71.

7) Fabric. Vol. XIV. pag. 14. n. 124.

8) Fabric. b. gr. Vol. X. p. 401. sq.

9) Idem ib. p. 402. sq.

sabethae pertinet: (de cuius cimmeliis se mox esse eruditis accuratius relaturum, Scheibelius Vir doctissimus ac de omni paene literarum genere meritissimus, ad nostras aures pollicitus est.) Chartaceus codex est, maximam partem ab Antonio Damila et a Michaële Apostolio scriptus, interveniente passim aliena manu, quod tamen raro fit, pessima sane lectuque difficillima. Aliquot pagellas Georgius quidam Plusiadimus, quod aliquo loco notatum est, scripsit. Literae minutae sunt, plurima in singulis libellis sed usitata plerumque scribendi compendia. Continet ille haec:

1. *Dionysii Halic.* de Compositione verborum.
2. *Theophrasti* Characteres.
3. *Isocratis* ad Demonicum orationem.
4. *Palaephatum* de Incredibilibus.
5. Tractatum rhet. (Mich. Apostolii, quod video e Leonis *συμμίκτων* Cat. Fabr. XIV. p. 9. n. 78.) Pr. *Φράσις ἐστὶ λόγος ἐγκατάσκευος ἢ λόγος κατά τινα δήλωσιν περισσοτέραν ἐκφερόμενος.*
6. *Grammaticam* graecam, anonymi. Pr. *Περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου διδασκαλία πολλή τε καὶ βαθεῖα καθέστηκε Φιλομαθεστάτου Λαζάρου* *).
7. *Fragmentum* libelli moralis. Pr. *Ἀρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἐσμέν.* (*Gemisthi* de Virtutibus. Vid. Ed. Orationum eius Suas. *Antw.* 1575.)
8. *Georgii Gemisthi πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀριστοτέλους Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου ἀντιλήψεις.* Conf. *Allat.* apud *Fabr.* l. c. p. 747. sq.
9. *Apostolii* orationem fun.
10. *Aeliani ποικίλην ἱστορίαν.*
11. *Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγῆς.*
12. *Eiusdem* de Utilitate ex inim. cap. (Lacunis dives hic libellus est.)

*) Michaëlis Syncelli est. Vid. Sylburgii Catal. MSS. Bibl. Heidelb. p. 109. Ms. Coislini ani p. 230.

13. *Gemisthi* orationem fun.
14. *Isocratis* Ἑλένης ἐγκώμιον.
15. *Fidei confessionem*, ut vocant, *Bessarionis*. (sine auctoris nomine.) Pr. Πιςεύομεν, ὅτι ἐςὶ Θεὸς, δημιουργὸς πάντων, ὅσα εἰσὶν ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι. Extat eadem in Bibl. Caes. *Lambec*. Catal. V. p. 226.

Omnia graece. In ultimo codicis folio adscripta sunt haec: Τοῦτο τὸ βιβλίον ἐκτήθη ἐμοὶ Ἀντωνίῳ Δαμιλᾷ χρυσίνοις δυσὶ καὶ μικρόν τι πρός.

Haec fere habui, quae de his oratiunculis lectores monerem, sperans, fore, ut hoc, quidquid est, aequi bonique consulant, si *quos*, ut cum Cicerone loquar (Brut. 16.) *mortuorum laudationes forte delectant*. Dabimus mox graviora. Scribebam Vratislaviae Cal. Ian. 1792.

GEMISTHI
ORATIO FVNEBRIS.

Ἐπιτάφιος

ἐπὶ τῇ τοῦ θειοτάτου ἡμῶν ἡγεμόνος Κυρίου Θεοδώρου γυναικὶ Κυρίᾳ Κλεόπῃ Γεωργίου τοῦ Γεμιςοῦ.

Σόλων μὲν ὁ σοφὸς πρὸς τοὺς σφίσι τὲ αὐτοῖς καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τοῖς πολλοῖς μακαρίους δοκοῦντας τὸ τοῦ βίου τέρμα ὁρᾷν διεκελεύετο, ὡς τούτου σφραγῖδα ταῖς ἀνθρωπίναις τύχαις τε καὶ τάξεσιν ἐπιτιθέντος [1]). 1
ἐμοὶ δοκεῖν οὐ κατὰ τὰς τῆς τύχης μόνον περιτροπὰς πολὺ τὸ ἀςάθμητον τοῖς γε ἡμετέροις λογισμοῖς [2]) ἐχούσας τοῦτο διακελευόμενος, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὴν ἀρετὴν, ᾗ καὶ αὐτὸς, εἴπερ ἦν σοφὸς, τὴν ἀνθρωπίνην ἐτίθετ' ἂν εὐδαιμονίαν καὶ μακαριότητα· ὥσπερ που λέγει ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ποιήμασι πρὸς τοὺς πλουσίους ἀντιπαραβαλλόμενος [3])· 2

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεὶ [4]),
Χρήματα δ' [5]) ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

1) Plutarch. in Solone To. I. p. 94. sq.
2) ἐχούσαις erat in Cod.
3) Est in Anal. Brunkii To. I. p. 70. n. XIV. primus versus hic:

Πολλοὶ γὰρ πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται,

Conf. Plutarch. de vtil. ex inim. cap.

4) ἐςι ap. Brunk.
5) ἀνθρώποις male in MS. erat.

3 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῆς τελείας τε καὶ μετ' ἐπι-
σήμης ἀρετῆς εἴη ἂν εἰρηκὼς, ἧς καὶ αὐτῷ σοφῷ ὄντι
μετῆν· ἐπισήμην γὰρ (ἀνθρώπῳ) παραγενομένην
ἀνάγκη ἁπάντων κρατεῖν τε καὶ ἄγειν ἀσφαλῶς,
ᾗ ἂν αὐτὴ 6) ὑφηγῆται πρὸς τὸ ἀεὶ βέλτισον.
4 πρὸς δὲ πολλοὺς τῶν ἀρετὴν ἐπιτηδευόντων, ἅτε
λογισμοῦ ἄνευ ταύτην ἐπιτηδεύοντας, δόξῃ δὲ ὀρθῇ
ἀγομένους, τέως μὲν πολλὰ καὶ μεγάλα κατορ-
5 θοῦν, καὶ σφόδρα ἔσιν ὅτε εὐδοκιμεῖν. οὐ μὴν,
ἀλλὰ καὶ μεγάλα ἐξαμαρτάνειν ἔσιν ὅτε, ἅτε
φαύλους τινὰς ἀρετῆς φύλακας ὑπ' ἀγνοίας που
ὁπήποτε ἀρετὴ ἀγαθόν ἐσι, τὴν δὲ τοῦ βίου
τελευτὴν τοῖς τέως ἀναμαρτήτοις διαγεγονόσι,
πολλὴν τὴν ἀσφάλειαν τῶν ἤδη καλῶς ἐν τῷ βίῳ
πεπραγμένων παρέχειν, ὡς οὐκέτ' ἂν ὑπὸ ἁμαρ-
6 τημάτων ἀνατραπησομένων. ταύτῃ τοι καὶ τῶν
λόγων 7) τοὺς ἐπιταφίους τε καὶ ἐπικηδείους
πολὺ ἄν τις τῶν ἄλλων ἐγκωμίων τῶν κατὰ ἀν-
θρώπων γινομένων, ἡγήσαιτο ἀσφαλεσέρους, ὡς
ἂν ἐπὶ βεβαίαις τε ἤδη πράξεσι καὶ πολλήν τινα
τὴν ἀσφάλειαν εἰληφυίαις γιγνομένους 8). καὶ
Ἀθηναῖοι κατὰ τοὺς τοῦ Σόλωνος νόμους πολιτευό-
μενοι, τὰ πολλὰ τούτοις μάλισα ἐπὶ τοῖς καλῶς
7 τετελευτηκόσι χρῆσθαι ἐνόμισαν. καὶ δὴ καὶ
ἡμεῖς ἐς τόνδε τον λόγον ἐπὶ τοῦ θειοτάτου ἡμῶν
ἡγεμόνος γυναικὶ οἰχομένῃ, εἰπεῖν προήχθημεν,
ἅμα μὲν καλὸν ἀπειληφυίᾳ αὐτῇ πέρας τοῦ βίου,
τὴν τῆς ἀρετῆς ἄχρι τελευτῆς σωτηρίαν, καὶ αὐ-
τοὶ κοσμῆσαι τῷ λόγῳ οὐκ ἀπαξιώσαντες, ἅμα
δὲ καὶ ἰδίᾳ χάριν αὐτῇ ταύτην ἐκτιννύντες, τῆς
τε αἰδοῦς καὶ εὐνοίας, ἣν αἰεὶ ἡμῖν ἐνδεικνυμένη
8 διετέλει. Ἐκείνη γὰρ ἐκ μὲν χώρας 9) τῆς Ἰτα-

6) l. q. ἐξηγῆται.
7) Cicero de Legg. II. 23. 24.
8) Confer. qui de ſepultura veterum ſcripſerunt, Quenſted, Gyraldum, Gutherium, Nicolai e. a. De origine harum orationum vid. *Dionyſ. Halicarn.* Antiq. Rom. l. V. p. 154. (ed. lat. Vignon. 1588.)
9) Vmbria.

λίας ἐγεγόνει, ἧς τοὺς οἰκήτορας ἴσμεν Ῥωμαίοις
πάλαι ἑπομένους πολλῆς καὶ τῆς ἀρίστης σχεδὸν τῆς
πάσης οἰκουμένης μοίρας κεκρατηκότας. καὶ τοὺς
τῆς ἡγεμονίας αὐτῆς ὅρους πρὸς μὲν ἄρκτον Ἴστρῳ,
πρὸς δὲ μεσημβρίαν Λιβύης τοῖς ἀοικήτοις, πρὸς
δὲ ἑσπέραν Ὠκεανῷ, καὶ πρὸς ἕω Τίγρητι ποταμῷ
πεποιημένους. Γονέων [10]) δ' αὐτῶν ἔφυ ἀρετῇ τε 9
καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ, τοῦτο μὲν ὧν ἦρξαν πόλεων
κεκρατηκότων, αἰεὶ δὲ πρὸς ἅπαντας περὶ τὰ τοι-
αῦτα εὐδοκιμούντων. Οὕτω δὲ ἐκ τοιούτων φῦσα, 10
τῇδέ τε ἐλθοῦσα τῷ θειοτάτῳ ἡμῶν συνῴκησεν ἡγε-
μόνι, καλῷ τε ὄντι καὶ ἀγαθῷ καλή τε κἀγαθὴ,
πολύν τε καὶ λαμπρὸν κόσμον φερομένη κατά τε
σῶμα καὶ ψυχήν· σώματος μὲν κάλλος καὶ μέγε-
θος, ψυχῆς δὲ τὸ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν εὖ πεφυκός:
ἔνιαι μὲν γὰρ τῶν γυναικῶν κάλλους σώματος τυ- 11
χοῦσαι ἔπειτα πολύ τι ψυχῆς αἶσχος τούτῳ ἀντι-
τιθεῖσαι ἄχρηστον αὐτὸ, μᾶλλον δὲ βλαβερὸν καὶ
αὐταῖς καὶ ἄλλοις ἀποφαίνουσιν. ἥδε πρὸς τῷ 12
τοῦ σώματος κάλλει λαμπρῷ ὄντι πολὺ ἔτι λαμ-
πρότερόν τε καὶ θειότερον τὸ τῆς ψυχῆς ἀντεπιδε-
δειγμένη, εἴδωλόν τι τοῦ τῆς ψυχῆς κάλλους τὸ
τοῦ σώματος ἀπέφαινεν. Οὕτως ἁπάσης ἀρετῆς 13
αὐτὴν εἴδει κατεκεκοσμήκει, φρονήσεως, σωφροσύ-
νης, ἐπιεικείας, χρηστότητος, εὐσεβείας, φιλαν-
δρίας, γενναιότητος, ὧν πρὸς ἕκαστον φύσει τε [11])
εὖ πεφυκυῖα, καὶ μελέτην καὶ ἄσκησιν προσειλη-
φυῖα λαμπρόν τι αὐτὴν ἄγαλμα ἐν γυναιξὶν ἀπέ-
δειξε. τούτων δὲ τεκμήρια ἑκάστου παρεξόμεθα, 14
διὰ βραχέων μὲν, ἀλλ' ἱκανὰ, ὡς μὴ τῷ δόξαις
λόγον τηνάλλως εἶναι τὰ λεγόμενα. Φρονήσεως μὲν 15

10) Filia fuit Malateſtae ducis Marchiae. Phranz. l. c. II. cap. 10. De Malateſtarum Ariminenſium genere conf. Paul. *Ramuſius* in dedicat. *Roberti Vulturii* de Re Militari. Paris. ap. Wechel. 1534. (fol. 2.) *Pontanus* ad Phranzam l. c. ad *Leandrum Albertum* in Romanula Deſcr. Ital. delegat.

11) Εὖ πεφυκὼς i. q. εὐφυὴς bona indole praeditus. Valckenar. ad Ammon. p. 87.

γὰρ οὐ μόνον πρὸς οὓς ἂν δεήσει ἐντεύξεσι πεῖραν ἑκάστοτε, ὑφ᾽ οὗ εὖ μὲν λόγον λαμβάνουσα, εὖ δὲ διδοῦσα, ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς ἄλλην ἀρετήν τε καὶ τὸ καλόν. Φρονήσεως δ᾽ ἔργον ἡ τοῦ ἀεὶ ἀμείνονος
16 κρίσις τε καὶ αἵρεσις. Σωφροσύνης δὲ ἐκεῖνο μέγα τεκμήριον, ἡ ἐκ τῆς Ἰταλικῆς ἀνέσεώς τε καὶ ῥᾳστώνης ἐπὶ τὸ κατεσταλμένον τε καὶ κόσμιον τοῦ ἡμετέρου τρόπου μεταβολὴ ἀκριβεστάτη. ὡς μηδ᾽ ἂν μία τῶν παρὰ ἡμῖν γυναικῶν ὑπερβολὴν λιπεῖν.
17 Ἐπιεικείας δὲ καὶ χρηστότητος τὸ κακοῦ μὲν οὐδενὶ οὐδενός, πολλῶν δὲ ἀγαθῶν πολλοῖς αἰτίαν ἑκάστοτε γεγονέναι, ὡς μὲν πρᾳότατα τοῖς ἁμαρτάνουσιν προσφερομένην, εὖ δὲ ποιοῦσαν τοὺς δεομένους, καὶ τούτων τοὺς πολλοὺς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, τῶν μὲν ἄλλων κατὰ τὸν βίον πλεῖστον ἀποκεχωρηκότας,
18 Θεῷ δὲ μάλιστα προσανέχοντας. Εὐσεβείας δὲ ἀπόδειξις ἡ τοῦ Θεοῦ λατρεία, ἣν προσευχαῖς τε καὶ ἀσιτίαις ἐνδελεχέσι τὸν ἡμέτερον νόμον ἐπεδεί-
19 κνυτο. Ἡ δ᾽ αὐτὴ ἐπιτήδευσις καὶ φιλανδρίας, ἥν πρὸς τῇ ἄλλῃ τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα εὐπειθείᾳ καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα μιμουμένη τε καὶ τοῦτον, καὶ τὴν ἀγαθὴν 12) Ἡσιόδου ἔριν ἐρίζουσα ἐπετήδευεν οὐ μόνον λείπεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλειν εἴπως
20 οἷα τε ἦν φιλονεικοῦσα. Γενναιότης δὲ ἡ περὶ ταῦτα πάντα καμάτους καὶ πόνους οὐ φαύλους ἔχον-
21 τα οὐκ ἔκλυσις. Οὕτω δὲ καὶ μετὰ τοιούτων ἐπιτηδευμάτων βιοῦσα καὶ ταῦτα ἀσκοῦσα καὶ μελετῶσα καλά τε καλοῖς ἀεὶ προστιθεῖσα, ἐπὶ θυγατριδίῳ καλῷ τε κἀγαθῷ καὶ τῶν γονέων ἀξίῳ, ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ, προσθεῖσα

12) Hesiodi Ἐργ. κ. ἡμ. 17. sq.
Τὴν δ᾽ ἑτέρην (sc. ἐρίδα) — —
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,
Γαίης ἐν ῥίζῃσι, καὶ ἀνδράσι, πολλὸν ἀμείνω.
Ἥ τε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
Εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρώμεναι ἠδὲ φυτεύειν,
Οἶκόν τ᾽ εὖ θέσθαι· ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων,
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ᾽· Ἀγαθὴ δ᾽ ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

δ' ἄν, ὅτι καὶ τῶν ἡμετέρων ἑορτῶν τε καὶ ἱερῶν τοῖς ἁγιωτάτοις ἄρτι [13]) τοῦ ἁγιωτάτου τῶν ἡμετέρων μετειληφυῖα μυστηρίων, νόσῳ τε ὀξυτάτῃ, καὶ κρείττονι πάσης ἰατρικῆς ἐγχειρήσεως τοῦ τῇδε βίου ὑπεκχωρεῖ. ὡς καὶ ἐντεῦθεν θεο- 22
φιλῆ [14]) ἂν εἰκότως δοκεῖν, ἐν τοιούτῳ τοῦ καιροῦ ὑπὸ Θεοῦ ἀνειλημμένην, πολλὴν μὲν τοῖς ὑπηκόοις κατήφειαν, πλείστην δὲ τῷ θειοτάτῳ ἡμῶν ἡγεμόνι ἀπολιποῦσα ἀθυμίαν ἐπὶ τῇ ἑαυτῆς ἀποβολῇ.

Ἀλλ' εἰ μὲν μηδέν τι ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀθά- 23
νατον, ἀνήκεστον ἂν ἦν κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ἡ ἐπὶ τῷ θανάτῳ ἀθυμία. νῦν [15]) δ' ὅτι φαμέν, τὸ μέν 24
τι ἡμῶν θνητὸν εἶναι, τὸ δ' ἀθάνατον, δῆλα δή, ὅτι τοῦτ' ἂν τὸ κυριώτατον ἡμῶν καὶ ὃ μάλιστα ἄνθρωπος εἴη τὸ ἀθάνατον, τὸ δὲ θνητὸν τουτί, χιτωνίου τινὸς δίκην, τῷ ἀθανάτῳ ἂν ἡμῶν εἴη προσηρμοσμένον. ὥς που κἂν ἔχοι καλῶς, ἐπὶ τῇ τοῦ 25
χιτωνίου τοῦδε ἀποβολῇ οὔθ' ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, οὔτε τῶν φίλων σφόδρα τι ἀθυμεῖν, ἕως ἂν τὸ κυριώτατον ἡμῶν καὶ ὃ δὴ αὐτοὶ ἐσμέν, οὐ μόνον συνεστήκοι τε καὶ σώζοιτο, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀμείνοσι διατριβαῖς γεγονὸς εἴη τῶν τῇδε· ἅτε ἄμεινόν τε καὶ εἰλικρινέστατον τῇ τοῦ θνητοῦ καὶ γεώδους τοῦδε περιβλήματος ἀποθέσει ἐφαπτόμενόν τε τῶν θείων καὶ ἀπολαῦον. καὶ μάλιστα εἴ τῳ τὶς καὶ 26
ἐντεῦθεν μελέτη καὶ συνήθεια εἴη πρὸς αὐτά, οἵων καὶ τὴν νῦν οἰχομένην τεύξεσθαι ἐλπίζομεν, εὖ μεν βεβιωκυῖαν, εὖ δὲ Θεὸν τεθεραπευκυῖαν, εὖ δὲ πρὸς τὰς ἐκεῖσε διατριβὰς παρεσκευασμένην· ὁ δέ γε

13) Sacram Missam.

14) Θεοφιλὴς felix, beatus, de eo, qui recte agendo κατορθοῦται. Inde θάνατος θεοφιλέστερος ap. Xenoph. Mem. IV. 8. 3.

15) Τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα, γεῶδες ὂν καὶ ἄλογον οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος. Ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ψυχή, ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ. Aeschin. Dial. III. 5.

ἐντεῦθεν ἐκείνων ἀμελέτητος εἰκότως ἐκεῖσε ἀφικόμενος ἰλιγγιώη τε ἂν καὶ ἀποστρέφοιτο, ἅτε ἀλλοτρίοις τε διὰ τὴν ἀλήθειαν καὶ οὐ πάνυ τοι ἑαυ-
27 τῷ προσήκουσι πράγμασιν ἐντυγχάνων. λογιστέον δ' ἂν εἴη περὶ τοῦ θανάτου, καθάπερ ἂν εἰ περὶ ἀποδημίας μακρᾶς, καὶ ταύτης ἐπὶ πολὺ ἀμείνο-
28 σιν ἂν ἐλπίσι γιγνομένης. οἱ γὰρ πολλοὶ καὶ δακρύουσιν ἀποδημούντων τῶν φιλουμένων, ἐννοοῦντες
29 δήπου τὴν ἐν τῷ παρόντι ἀλλήλων διάστασιν. ὅμως μέντοι λογιζόμενοι, ἐφ' οἵαις ἐκεῖνοι στέλλονται ἐλπίσι, καὶ συγχαίρουσιν· ὡς δῆλοι γίγνονται τῷ συλλαμβάνειν ἐστὶν ὅτε αὐτοῖς, περὶ συχνὰ τῶν
30 πρὸς ἀποδημίαν φερόντων. οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου τῶν φιλουμένων ἄχθεσθαι μὲν ἡμᾶς πρὸς ὀλίγον, ἐκείνων ἀπολελειμμένους, ἐπ' αὐτῇ τῇ ἀπολείψει, οὐ πάνυ τι ἂν εἴη ἄτοπον. λογιζομένους μέντοι, ἐκείνους τε πρὸς οἵας γένοιντο διατριβὰς ὡς ἀμείνοσι καὶ θειοτέρας, ἑαυτούς τε ὡς πρὸς ὀλίγον ἐκείνων ἀπολελειμμένοι, αὖθις ἀμεινόν τε καὶ ἐπ' ἀμείνοσι πράγμασι συνεσοίμεθα, τοῦ τε πολλοῦ τῆς λύπης δεῖ ἀφαιρεῖν καὶ φέρειν
31 ἂν ὡς πρᾳότατα τὴν συμφοράν. Ἴσως δ' οὐκ ἂν ἄκαιρον εἴη, καὶ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας τε καὶ ἀϊδιότητος βραχέ' ἄττα καὶ αὐτὰ τὰ προχειρό-
32 τατα διελθεῖν. ἴσως γὰρ ἂν τινες εἶεν, οἳ περὶ αὐτοῦ τούτου ἐνδοιάζειν ἂν ἀξιοῦντες, μή, ἐπειδὰν ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ ψυχὴ τῷδε τῷ ὄγκῳ συνδιαλύηταί γε καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ λείπηται.
33 ὧν ἢν μή τις ἐξέλῃ τῆς ψυχῆς τοῦτο τὸ δέος, τῶν γε ἄλλων πάντων λόγων, οὐδὲν ἂν ἢ σμικρόν τι
34 γένοιτο ὄφελος. ὡς γὰρ ἀθάνατον ψυχὴ ἡ ἀνθρωπίνη [16]), οὐχ ἡμέτερος μόνον ὁ λόγος οὐδ' ἐκ

16) Solenne hoc argumentorum genus, quo et immortalem esse animum, et Deum esse, antiquitus probare voluerunt sapientes, sci[...]mus, quantum valere debeat. Nulla est enim opini[...]num, uti hominum, veneranda senectus, neque omni[...]o hoc argumentum aliud quidquam probat, praeter hoc omnes homines a remotissima inde antiqui-

γέου ἢ καὶ ἐν πολλοῖς τοι τῆς οἰκουμένης μέρεσι τε-
θρυλλημένος, ἀλλὰ παλαιός τε καὶ ἐκ παλαιοῦ,
καὶ αἰεὶ τοῖς πλείστοις καὶ εὐδοκιμωτάτοις τῶν
κατὰ τὴν οἰκουμένην γενῶν λεγόμενός τε καὶ ᾀδό-
μενος, σχεδὸν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις οὕτω ποι δοκῶν.
ὡς δῆλοι γίγνονται ἅπαντες οἱ ἄνθρωποι, θερα- 35
πείας τινὰς τοῖς οἰχομένοις προσφέρειν, νομίζοντες
οὐχ ὡς οὐκέτι δὴ οὖσι τὸ μηδὲν, ἀλλ' ὡς ὅτι μάλιστα
οὖσί τε καὶ συνεστῶσι. Φαίνονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι
παραπλησίως πρός τε τὴν τοῦ Θείου δόξαν καὶ τὴν
τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν ἔχοντες. εἶναί τε γάρ τι 36
θεῖον ἅπαντες νομίζουσι καὶ θεραπεύουσι κατὰ τὰ
δεδογμένα σφίσι, καὶ τοῖς οἰχομένοις τῶν ἀνθρώ-
πων θεραπείας ἅπαντες προσφέροντες δῆλοί εἰσιν
ὡς περιόντων τε αὐτῶν καὶ συνεστώτων δοξάζον-
τες [17]. ὥστ' ἂν παραπλησίως ταύτην τε κἀκεί-
νην τὴν δόξαν τὸ πιστὸν ἔχειν. εἰ δέ γε ἐνδοιάζειν 37
χρὴ περὶ δόξης ἡστινοσοῦν, ἀλλ' οὔτοι περὶ τῶν
οὕτω περιφανῶς καὶ κοινῇ καὶ αἰεὶ πᾶσιν ἀνθρώ-
ποις δεδογμένων ἐνδοιάζειν χρή. Ἔτι δ' οὐδὲν τῶν 38
ἀλόγων οὔτε θείου τι νενόμικεν, ὅτι μὴ αἰτίας
συνίησιν οὔτ' ἂν ἀϊδιότητος ἐφίοιτο, ὅτι μηδ' ἀπει-
ρίας συνίησιν· εἰ δὲ μὴ ἀπειρίας, οὐδὲ ἀϊδιότητος.
ἀλλὰ μόνῃ τῇ λογικῇ φύσει πρὸς πολλοῖς ἄλλοις, 39
καὶ ἥτε τῆς αἰτίας καὶ ἡ τῆς ἀπειρίας δέδοται γνῶ-
σις. ἧς καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἅτε λογικῆς ψυχῆς πρὸς
τοῦ Θεοῦ τετυχηκὼς, τοῦ τε Θείου συνίησι καὶ
ἀϊδιότητος συνίησί τε ἅμα καὶ ἐφίεται. οὐκ ἂν τὸν 40
Θεὸν οὔτ' ἂν ἀλλοτρίᾳ τε πάντη καὶ θνητῇ φύσει
ἑαυτὸν γνωρίζειν, ἀλλά πῃ καὶ οἰκείᾳ. κοινωνεῖν

tate immortalitatem et numen optasse: cuius rei qui usus sit in morali argumentandi genere, non contemnendus ille profecto, norunt omnes, qui e Critices formula philosophari sciunt.

17) Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum maiorum, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt: quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur. Cic. de Amic. c. 4.

γὰρ ἂν δέῃ τὸ γινῶσκον τῷ γινωσκομένῳ. τὰ δὲ
κοινωνοῦντα καὶ οἰκεῖά πῃ ἀλλήλοις δέοι ἂν εἶναι.
41 οὔτ᾽ ἂν αἰδιότητος ἐπιθυμίαν ἐνθέμενον τῷ ἀνθρώ-
πῳ, ἔπειτα ἀτελῆ τε ἂν αὐτὴν καὶ μάταιον ἀπο-
42 λιπεῖν. οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τῶν μεγάλων καὶ
κατὰ φύσιν ἀτελὲς ἂν ἀπολιπεῖν τὸν Θεὸν, ἀλλὰ
τελεσφόρα τε πάντα ποιεῖν κατὰ τὸ εἰκὸς, καὶ
εἴ τι προσῆκον ἑαυτοῖς πέρας ἐσαεὶ ἢ ὡς ἐπιτοπολὺ
43 γοῦν ἀποβαίνοντα. ὥστ᾽ ἂν καὶ κατ᾽ ἄμφω τού-
τω, τήν τε τοῦ Θείου δόξαν, τήν τε τῆς ἀϊδιότητος
44 ἐπιθυμίαν. αἴδιον ἂν τήν γε ἀνθρωπίνην εἶναι ψυ-
χὴν, ἔτι δὲ κἂν ἀπὸ τῶν αὐθαιρέτων θανάτων
τοῦτο τὶς λογίσαιτο. οὐδὲν γὰρ τῶν ἀλόγων αὐτὸ
(αὐτὸ) φαίνεται κτεῖνον ἐκ προνοίας [18]). τῶν δ᾽
ἀνθρώπων εἰσὶν, οἳ ἑαυτοὺς ἀποκτείνουσιν. εἰ δὲ
μηδέν ἐστιν, ὃ ἂν τοῦ ἑαυτοῦ ὀλέθρου ἐφίοιτο, τὰ
γὰρ ἄλογα, εἰ καὶ μὴ αἰδιότητος ἐφίεται διὰ τὸ
μὴ συνιέναι τοῦ τοιούτου, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ
ὄλεθρον σπεύδει ἑκόντα εἶναι. οὐκ ἂν οὖν οὐδ᾽ ἡ
ψυχὴ ἡ ἀνθρωπίνη ἐπί τι τοιοῦτον ὥρμα, εἴ γε καὶ
αὐτῇ ὄλεθρον φέρειν ἂν ὁ τοῦ σώματος ἔμελλε θά-
45 νατος. ἀλλ᾽ ἐπειδὰν μηκέτ᾽ ἂν ἑαυτῇ λυσιτελεῖν
τὸν μετὰ τοῦ σώματος νομίσῃ βίον, κτείνασα
τοῦτο, ἢ καὶ τοῖς κτεῖναι ἂν ἐθέλουσι προεμένη,
ὑπὲρ τοῦ μηδέν τι τῶν αἰσχρῶν καὶ βλάβην ἂν
ἑαυτῇ οἰσόντων συγχωρῆσαι, αὐτὴ δηλαδὴ οἴχεται
46 ἀπιοῦσα. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἐκ πλειόνων τε
καὶ μειζόνων λόγων ἱκανὰ καὶ ταῦτα ἔν γε τῷ πα-
ρόντι. ταύτης δ᾽ ἡμῖν ὑποκειμένης βεβαίας τῆς
δόξης, ὡς ἀθάνατος ἡμῶν ἐστιν ἡ ψυχὴ, τά τε

18) Mira ſane argumentatio, qua Apoſtolius quoque utitur: quam nimirum neſcio an hodie quis impune — quod non de philoſophis, ſed de theologis maxime dico — proferre poſſit. Ac profecto quid ineptius, quam ex eo, quod nonnulli homines, inſani plerumque, ſe ipſi interficiant, immortalitatem animi velle probare? Talia neutiquam curant ſui interfectores: nam ſi curarent, hanc ipſam vitam, in qua futuram mereri docentur, non abiicerent.

ἀλλὰ γενναιότεροι ἂν καὶ ἀμείνους εἴημεν, καὶ τὰς τοιάσδε συμφορὰς ὡς πρᾳότατα ἂν φέροιμεν. ὥστ᾽, ὦ θειότατε ἡμῶν ἡγεμὼν, τούτοις τε τοῖς 47
λόγοις σαυτὸν παραμυθούμενος τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας ἀφαίρει, καὶ ἔτι ἐκεῖνο λογιζόμενος, ὡς σὲ δεῖ ἤδη πρὸς τοῖς πράγμασι γινόμενον σώζειν τὰ κοινὰ, ἡ δ᾽ ἀθυμία μάλιστ᾽ ἂν ἐμποδὼν τῷ τοιούτῳ ἀεὶ γίγνοιτο. ὁρᾷς γὰρ, οἷ ἡμῖν τὰ δεινὰ 48
προκεχώρηκε, καὶ ὡς ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ τὰ ἡμέτερα ἐςὶ, καὶ μεγάλης δεῖ τῆς ἐπιμελείας, ὥστ᾽ ἂν σωθῆναί τε καὶ σώζεσθαι. ἐν δὲ σοὶ τὸ 49
τοιοῦτον ἐςὶ, καὶ σοῦ μόνου ἐπιμελουμένου τε ἂν, ὡς δεῖ, ἕποιντο γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, σωζοίμεθα, ἐὰν καὶ Θεὸς διδῷ· καὶ ῥᾳθυμήσαντος ἂν μείζων ὁ κίνδυνος. λογίζου δὲ, καὶ ὅτι, ἄν τέ 50
τι φαῦλον ἀποβῇ, ὃ μὴ γένοιτο, εἰς σὲ τὸ πλεῖςον τῆς αἰτίας ἅπαντες ἀνοίσουσιν· εἴ τέ τι καὶ σωτήριον γίγνοιτο, σὺ καὶ τούτου οἴσῃ τὴν δόξαν. ὡς οὖν αὐτὸς τὴν μεγίςην ἐπ᾽ ἀμφότερα δόξαν 51
οἰσόμενος, ἅμα δὲ καὶ Θεῷ τοῦτο ὀφείλων, ὅς σοι τὴν ἡμετέραν τήνδε ἐπίςευσεν ἡγεμονίαν, ἐῤῥωμενέςερόν τε καὶ ἐπιμελέςερον τῶν κοινῶν πρόςηθι. καὶ σοὶ Θεὸς διδοίη σώζοντι τὰ κοινὰ ἐπιμελείᾳ 52
τε ἂν καὶ τῷ, οἷς δεῖ, ἐγχειρεῖν, δεῖ δὲ μεγάλων τε καὶ οὐδαμῇ φαύλων τῶν πρὸς σωτηρίαν φερόντων, οὐ παρ᾽ ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδοκιμεῖν.

APOSTOLII
ORATIO FVNEBRIS.

Μιχαήλου Ἀποστολίου Βυζαντίου Ἐπιτάφιος θρηνῶδες ἔχων φροίμιον

ἐπὶ τῷ θειοτάτῳ Βησσαρίωνι τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Καρδηνάλει τῆς ἁγίας Σαβίνης καὶ παναγιωτάτῳ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως.

1 Ἔμελλον ἄρα μετὰ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα δεινὰ, καὶ
τῆς ἱερᾶς καὶ φίλης μοι πατρίδος τὴν ἅλωσιν καὶ
ἀνάστασιν μόλις 1) ἀναλαβὼν ἐμαυτὸν, καὶ ταύ-
την πευσεῖσθαι τὴν ἀνύποιστον ἀγγελίαν, τὸν σο-
φώτατον ἡμῶν καὶ θειότατον δεσπότην καὶ κηδε-
μόνα, ὃν ἔθνη καὶ πόλεις, ἐκκλησίαι τε καὶ ἀρ-
χεῖαι ξύμβουλον καὶ προστάτην ἐπόθουν ἔχειν διὰ
παντὸς, ἐξ ἀνθρώπων οἴμοι παρ' ἐλπίδα γενέσθαι.
2 ὦ δυσκληρίαι τοῦ μακροῦ χρόνου καὶ περιπέτειαι
καὶ παλίῤῥοιαι! τί τοῦτο τυρεύουσαι ἄνωθεν ἐφ'
ἡμῶν τετελέκατε, ἐξὸν 2) πρὸ ἡμῶν γε ἢ μεθ'
ἡμᾶς! ἢ οὐχ ὡς ἔοικεν ἀξίαν δίκην ἔλαβε παρ'
ἡμῶν ὁ ταμίας, ταῖς προλαβούσαις τῶν ξυμφο-
ρῶν, καὶ ὡς προσήκουσαν ταμιεύων ταύτην ἐπεισή-
νεγκε τελευταίαν, ἵνα ξὺν ταύτῃ καὶ τὸ ζῆν ἡμᾶς
3 ὡς ὄφελον ἀφαιρήσεται. ὡς εἴπερ τοῦτό γε ᾔδειν,

1) Ἀναλαμβάνειν ut ἀναφέρειν ἑαυτὸν recreari, *sich erholen*. Hippocrat. περὶ γυν. II. pag. 267. 28.

2) Cum liceret. Exempla ad Viger. 330. — Parum humane haec Noster: sed indulget dolori.

τοσούτοις ἐς τόδε περιπεσόντα δεινοῖς, καὶ ταύτην
δοῦναι δίκην ἐξωλεστάτην, ἥδιστα ἂν εὐξαίμην ἐν
τῷ 3) τότε κατακαῆναι, τῇ τῶν Ἀχαιμενιδῶν
τομωτάτῃ μαχαίρᾳ ἢ φαύλῃ τύχῃ περιγενόμε-
νον, μυρίων ἀξίας θανάτων ὑφίστασθαι ξυμφοράς.
κρεῖσσον γὰρ ἐσάπαξ κατ' Εὐριπίδην θανεῖν, ἢ
τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς. ὦ τῶν γιγνο- 4
μένων ὀξυωπέστατον βλέπας! ὦ οἰκονόμε σοφώ-
τατε τῶν θ' ὑφ' ἥλιον τῶν θ' ὑπὲρ ἥλιον, τί τὸν
φανότατον πυρσὸν τῆς οἰκουμένης ἀπέσβεσας!
μᾶλλον δὲ, τί τὸν ἡλίου φαιδρότερον ἐξέκοψας ὀφ-
θαλμόν! οὐ θεοσεβὴς ἐτύγχανεν ὤν; οὐ προστά- 5
της τῆς ἐκκλησίας; οὐ μισοπόνηρος; οὐ φιλοδί-
καιος; οὐ σοφώτατος; οὐ ταῖς ἀρεταῖς αὐτοῦ
τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διέπρεπεν; οὐ τοῖς δεομένοις
καθημέραν ἐπήρκει; οὐκ ἀναιμάκτους ὁσημέραι
θυσίας διετέλει ποιῶν; οὐχ ὅ, τι ἂν εἴποι τις
ἀγαθὸν καὶ δίκαιον καὶ φιλόθεον; ὦ σοφία καὶ 6
ἀρετὴ καὶ παιδεία, τίς ὑμῶν τὴν ἑστίαν διέλυσεν,
ἄριστά τε ἀπεξεσμένην καὶ ὡς οὐκ ἄλλως ἐνῆν! οὐ 7
γὰρ μόνον τὴν σοφίαν τ' ἀνδρὸς καὶ τὴν ἄλλην
ἅπασαν κοσμιότητα Ἕλληνες καὶ Ῥωμαῖοι θαυ-
μάσαντες ἔχουσι, καὶ ὅσοι τὸν τούτων ἀγαπῶσι
ζυγὸν καὶ ὑπὸ τούτων ἰθύνονται, ἀλλὰ καὶ Βρετ-
τανοὶ καὶ Κίμβροι καὶ Γερμανοὶ, Κελτοί τε καὶ
Γαλάται καὶ Ἱσπανοὶ, Παίονές τε καὶ Ἴβηρες καὶ
Κελτίβηρες, ξυνελόν τι τε φάναι, ἅπαν γένος
Ἑλληνικόν τε καὶ Βάρβαρον, παρ' ὧν καὶ κλέος
ἐκτήσατο οὐρανόμηκες, καὶ μνήμην ἐντεῦθεν, ὡς
οἴομαι, ἕξει παντὸς τοῦ χρόνου τὴν φύσιν ὑπερνι-
κήσουσαν. φεῦ! τίς μου τὴν ἐλπίδα τῶν καλῶν 8
ἀποτεφρώσας κατῄσχυνε! τίς μου τὸν τροφέα τῶν

3) De excidio Conſtantinopolis cogitat. Conſtantinopolis a Turcis occupata eſt 1453 d. 29. Maii. Ἀχαιμενιδῶν h. e. Perſarum pro: Turcarum, quod ſaepe. Conf. Pontanus ad Phranzam l. I. cap. 23 pag. 255. Μάχαιρα genus armorum Perſis olim uſitatiſſimum. Xenoph. de Re Equ. XII. 11. i. q. κοπίς Cyrop. I. 2. 9.

παίδων ἀφείλετο! τίς μου τῆς πρεσβυτικῆς ἡλικίας καὶ τῆς ξυμμόρου ταύτῃ πενίας ᾤχετο λαβὼν τὸν παρήγορον! οὐδέν μοι πρὸς τοῦτο τὰ πατρίδος λελόγισται, οὐδὲν ἀποβολὴ παίδων καὶ ὀρφανία πατέρων, οὐδὲν οἰκίων καὶ χρημάτων ἀπώλεια, οὐκ ἄλλο γε οὐδὲ ἓν τῶν, ὅσα λύπην καὶ νόσον καὶ ὅσα σύστοιχα τούτοις τοῖς τάλασιν ἀν-
9 θρώποις ἐπάγουσιν ἐπερχόμενα, ὦ σοφώτατε Βησσαρίων, τὸ αἰδέσιμον ἔμοιγε καὶ γλυκὺ καὶ καύχημα καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, οἷος ὢν ἡμῖν εἶτα τέθνηκας οἴμοι! ὃς οὐχ ὥσπερ μοι δεσπότης ὁμιλῶν διετέλεις, οὐχ ὡς εὐεργέτης ἢ ὡς σοφώτατος, ἀλλ' ὡς ἴσος τὴν τύχην καὶ ὡς ὀφείλων μοι, ἢ καὶ ὡς ἔνια τῶν ἠθῶν καὶ δογμάτων τῆς
10 φιλοσοφίας εἰδότι. εἴθ' ἐμοὶ ταῦτα λέγοντι νῦν ὀστᾶ καὶ νεῦρα καὶ σὰρξ μύες τε καὶ ἀδένες καὶ χόνδροι καὶ μυελὸς καὶ πᾶν μοι τῶν χυμῶν θεόθεν μεταβληθείη τὸ σύστημα πηγαὶ δακρύων γενόμενον! ὡς οὐκ ἐνὸν ἄλλως κατ' ἀξίαν θρηνῆσαι τὸν ἡγεμόνα τῶν λόγων καὶ τῆς σοφίας αὐτῆς, τὸν Πλάτωνος εὐγλωττότερον καὶ Δημοσθένους δεινότερον, τὸν Θουκυδίδου 4) τὸν ὄγκον τῷ μεγέθει καὶ κάλλει τῆς σφετέρας τῶν λόγων ξυνθέσεως ἀποκρύψαντα, τὸν τοῖς ἀλύτοις τῶν συλλογισμῶν ξυμπεράσμασιν οὐδέν τι ἑαυτοῦ διενηνοχότε Ἀριστοτέλη καὶ Χρύσιππον ἀποφήναντα, τὸν κόσμον καὶ στέφανον ἁπάντων τῶν Καρδηνάλεων καὶ αὐτοῦ γε δὴ τοῦ πατρὸς τῶν πατέρων, κἂν εἰ μὴ θέλοιέν
11 τινες, κἂν εἰ θέλοιεν. Νῦν ἐχρῆν περιεῖναι Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον καὶ Ὅμηρον, νῦν Γοργίαν καὶ Λυσίαν καὶ Ἀνδοκίδην, νῦν Φερεκύδην καὶ Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα 5), ἵν' ὅπως ὕμνους ξυνθεῖεν

4) Ὄγκος sublimitas. Παρά γε μὴν τοῖς ῥήτορσι τὰ ἐγκώμια — τὸν μὲν ὄγκον καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐξ ἅπαντος περιέχει. Long. de Subl. VIII. 3.

5) Πῶς ἂν τόδε τὸ ὑπ' (αὐτοῦ) λεγόμενον παρὼν Ὅμηρος ἤκουσεν. ἢ Δημοσθένης, ἢ πῶς ἂν ἐπὶ τούτῳ διετέθησαν; Longin. de Subl. XIV. 2. Magis adhuc tumet Ma-

τῇ εἰκόνι τῶν ἀρετῶν καὶ γ' ἐπιταφίους καὶ γ' ἐπι-
γράμματα, εἴπερ ἄρα καὶ τούτοις ἐφικτά γε τὰ
τῆς ὑμνήσεως. ἐμοὶ δ' ἑνί τε ὄντι καὶ τοιούτῳ γε
ὄντι, τῶν πρὸς ἐλόγων κατατολμῶντι καὶ μονῳ-
δεῖν ἐγχειροῦντι, καὶ λόγοις ἐπιταφίοις τὸ τελευ-
ταῖον προπέμποντι, τίς οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιτιμή-
σειεν ἢ τίνος τῶν ἐφ' ἡμᾶς λοιδοριῶν φείσαιτ' ἂν
τῶν ἀνεφίκτων ἐπιχειροῦντας καὶ ὑπὲρ δύναμιν.
ἀλλ' οὔ μοι μέλει τῶν τοιούτων γε οὐδενός, αὐτοῦ 12
σου μόνον δεχομένου τοὺς λόγους ὥσπερ ἀσμένως
περιόντος οὕτως ἀμέλει καὶ μετὰ θάνατον. Τού- 13
τῳ μὲν δὴ πατρὶς ἐτύγχανεν οὖσα ἡ μετὰ τὴν βα-
σιλίδα βασιλὶς τῶν πόλεων [6]) Τραπεζοῦς, πόλις
ἀρχαιοτάτη καὶ ἑλληνίς, καὶ μυριαχῇ τῶν λόγων
ᾀδομένη τῶν φιλοσόφων, καὶ ὅσοις δὲ ἐμέλησε τού-
των καλῶς κοσμῆσαι πράττουσαν πόλιν, εὖ τε
ἔχουσαν νόμων, εὖ τε ἔχουσαν λόγων, εὖ τε τοῖς
πᾶσι διακειμένην Τραπεζοῦντα τύπον προυτεθεί-
κεσαν καὶ παράδειγμα. Πατέρες δὲ, οὐ τῶν εὖ 14
γεγονότων καὶ περιφανῶν τὰ ἐς τύχην, ἀλλ' ἑαυ-
τοῖς τὸν βίον ποιουμένων χειρωναξίᾳ, βίον, ὡς ἐγ'
ᾦμαι, δικαιότερον καὶ θειότερον τῶν ἐν τυραννίσι
καὶ δυναστείαις ἔθνη καὶ πόλεις διεπόντων καὶ ἰθυ-
νόντων. εἴπερ ἐκεῖνοι μὲν ἀνθρώπους ταυτοπα- 15
θεῖς, καὶ τῶν ὁμοίων ὄντας αἱμάτων, καὶ ταῖς
αὐταῖς αὐτοῖς τύχαις καὶ πάθεσι περιπίπτοντας,
δούλους ποιοῦσιν ἐξ ἐλευθέρων ἀνάγκῃ, καὶ δασ-
μοὺς καὶ φόρους καὶ συνεισφορὰς τελεῖν αὐτοῖς
ἐπιτίθενται, καὶ τοῖς μὴ παρέχουσι καὶ οὐκ ἔχουσι

nuël Palaeologus in Oratione in Theodor. ap. Combefisium pag. 1168. (conf. Praefat.) — ποία τις γλῶσσα, ποία φωνή· νοῦς δὲ τίς ἢ φρόνησις ἀρκέσειεν ἂν ὑμνῆσαι· οὐδ' εἰ συνέλθοιεν ὁμοῦ πᾶσα συγγραφή τε καὶ ποίησις, Νέστορές τε καὶ Ὀδυσσεῖς καὶ Ἀντήνορες καὶ οἱ τῶν Ῥητόρων πάντες χοροὶ καὶ Πυθαγόραι καὶ Πλάτωνες καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς ἅπαντες.

6) Τραπεζοῦς πόλις Ἑλληνὶς οἰκουμένη, ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, Σινωπέων ἀποικία. Xenoph. Anab. IV. 8. 22.

τὰ ἔσχατα ἀπειλοῦσι, καὶ 7) τυφλοῦ γε ὄντος
καὶ λεγομένου τοῦ Πλούτου τυφλότεροι ὄντες λυτ-
16 τῶσι περὶ αὐτῶν. οὗτοι δὲ τῶν τοιούτων ἁπάντων,
οὐχ ὅτι γε οὐδὲν εἰσὶν ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ εὐσχημό-
νως καὶ κατὰ φύσιν βιοῦσιν εὐπετέστερον τῶν πλου-
σίων, ἐκ τῶν σφετέρων πόνων ἐπαρκοῦντες τοῖς
δεομένοις, καὶ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι, προθυ-
μότερόν τε ἐναύουσι πῦρ, καὶ ὕδωρ θερμὸν αὐτῶν
καταχέουσιν, ἐλαίῳ τε ἀνατρίβουσι καὶ περιβάλ-
17 λουσι καὶ ἐγκατακλίνουσι. Παραγγείλαντα δὲ
εἰς παίδων κόμμα φαινόμενον ἀγαθὸν προσε-
λάβετο μὲν παρὰ τῶν πατέρων αὐτὸν ὁ τῶν ἱερο-
φαντῶν μέγιστος Τραπεζοῦντος 8) Δοσίθεος πάνυ τοι
πολλαῖς λιταῖς καὶ δεήσεσι λόγοις τε αὐτὸν ἐκπαι-
δεύειν καὶ ἅμα θέσθαι υἱὸν τοῦ κατὰ φύσιν ἐπικυ-
18 δέστερον. Ἐπεὶ δ' αὐτῷ κατὰ νοῦν ἐπῄει παλινδρο-
μήσειν ἐς τὸ Βυζάντιον, ξυνεπηγάγετο καὶ τὸν
παῖδα τῆς ἀρετῆς τὸ κάλλος ἐπιφερόμενον, μετ'
οὐ πολὺ δ' ἄγων ἐνεχείρισε διδασκάλῳ, τὸν μὲν
βίον ἀδιαβλήτῳ, τὸν δὲ τρόπον ἀνεπιλήπτῳ, τὴν
δ' ἐμπειρίαν δεξιωτάτῳ, εὖ μάλα εἰδώς, ὅτι τὰ
μὲν ἄλλα τῶν ἐν ἀνθρώποις καλῶν φύσει τε ἐστὶν
ἀβέβαια καὶ ὀλιγοχρόνια, παιδεία δὲ μόνη τῶν
19 ἐν ἡμῖν ἀθάνατόν τε καὶ ἀναφαίρετον. οὗ δ' οὖν
ἐπόθει μάλα τυχών, θᾶττον ἢ πᾶσί γε κατ'
ἐλπίδα, μελέτῃ τε καὶ γνώσει καὶ εὐφυΐᾳ συνα-
γήοχε μὲν τὴν πρώτην τέχνην καὶ ἀναγκαίαν ταῖς
μετ' αὐτήν, συναγήοχε δὲ ποιητικὴν τὴν πολυ-
20 σχιδῆ, εὔπορον οὖσαν χρῆμα καὶ δαψιλές, τῇ τε
χορηγίᾳ τῆς γλώττης, τῷ τε πλήθει τῶν ὀνομά-
των, πάντα ἱκανὴν δηλῶσαι τὰ βουλήματα τῆς
ψυχῆς, καὶ ὁποῖον ἢ ἔργον ἢ σχῆμα ἢ πάθος ἢ
μέγεθος ἕκαστος κέκτηται τῶν ἀνθρώπων ἢ καὶ
Θεῶν, ἐναργῶς πάντα καὶ ῥᾷστα διασημαίνουσαν.

7) Caecum finxerunt veteres divitiarum Deum. Vid. Aristoph. Plut. οἱ ὁ.

8) De Dositheis variis egit Fabric. bibl. gr. III. 5. 11. Vol. II. p. 88. sq.

ῥητορικὴν δέ γε τὴν πυρὸς μένος πνείουσαν, τί καὶ 21
ἱλαρός. αὐτὸς καὶ ἠθικὸς ἐτύγχανεν ὤν, πολὺ
τῶν ἄλλων διέφερεν ἔν τε βουλαῖς ἔν τε δίκαις κἀν
ἐπιδείξεσιν. ἐπεὶ δ' αὐτῷ ταῦτα εἶχε καλῶς καὶ 22
ὥσπερ ἐβούλετο, λογικῆς τε ἤδη καὶ ἠθικῆς ἐπεθύ-
μησε καὶ τοὺς περὶ φύσεως μετιέναι λόγους καὶ
ἰδεῶν· καὶ τῆς ἐφέσεως ἐπηυμοίρησεν, οὐ πάνυ τοι
πολλῷ καὶ διὰ μακροῦ. ἔτι τε αὖ καὶ τῶν μαθημα- 23
τικῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν ἐν οὐ πολλῷ τινι χρόνῳ,
Πλήθωνα ἔχων καθηγεμόνα, τὰ κάλλιστα ξυνα-
γήοχε. τὰ δ' ἄλλα ὡς περιττὰ τοῖς εὐσεβοῦσι 24
καὶ ἄχρηστα, τοῖς βουλομένοις παρῆκεν ἐπιζητεῖν.
οὕτω δὴ οὖν περὶ ταῦτα ἔχοντος τοῦ ἀνδρὸς καὶ 25
δίχα μερίζοντος ἑαυτὸν, τῇ μὲν, πρὸς λόγους,
ὧν ἄνευ τυφλὸς ὁ βίος, τῇ δὲ, πρὸς ἄσκησιν
πολιτείας θεοπρεποῦς, ἧκεν ἐκεῖνος φθάσας ὁ
χρόνος, ὁ 9) τοῖν γενοῖν ἑκατέροιν ἐπέρατος, ὃς
τὰ διερρωγότα γένη συνῆψε καὶ τὴν παλαιὰν
ἔχθραν ἐκείνην διέλυσεν. ἐπηγάγετο δὲ τὴν εἰ- 26
ρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν, τῶν ἐν βίῳ τὰ κάλλιστά
γε καὶ ξυμφορώτατα. ὦ πῶς ἀδακρυτὶ ταῦτα 27
καὶ μέτειμι καὶ διέξειμι! πῶς τὼ δυστήνω μου ὀφ-
θαλμὼ κατεξηρανθήτην, καὶ 10) φρίκη πάντα
περιέσχε τὰ μέλη μου· ἢ ὅτι τὸ αἷμα τῇ λύπῃ
ξυσταλὲν περὶ τἄνδον, οὐκ ἀλόγως τὰ ἔξω κατε-
στερίφωσε. τότε δὴ οὖν εἰς ἄνδρα παραγγείλαντα 28
τὸν γενναῖον, ἀρχιερέα γενέσθαι τῆς πολυυμνή-
του Νικαίας, καὶ παρεκάλεσαν καὶ ἠνάγκασαν.
τί τὸ ἐντεῦθεν ἀπῇρεν ἐς Ἰταλίαν συνάμα τῷ 29
γαληνοτάτῳ 11) ἡμῶν βασιλεῖ καὶ τῷ τότε τὰς
ἡνίας τῆς ἐκκλησίας ἰθύνοντι, καὶ ξυμπάσῃ τῇ
γερουσίᾳ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας. οἱ δὲ φθα- 30

9) Orientalem et occidentalem ecclesiam significat.

10) Φρίκη h. l. horror febrilis. Alex. Aphrod. Probl. 2. 16.

11) Iohannes Palaeologus ille: si de concilio Ferrariensi hic sermo est, qui certo est. Vid. Acta huius Syn. Sylv. Syropuli pag. 59. Conf. icones ap. Lambec. VIII. p. 504.

σάντων ἠβούλοντο παρ' ἑκατέροιν ἑκάτεροι τοῖν
γενοῖν, τοὺς ἀρίστους ἑαυτῶν ξυνηγόρους ἑλόμενοι
καὶ τοῦτον ἕνα τούτων προείλοντο. καὶ ὅσα μὲν
εἶπεν, ὅσα δὲ ξυνεγράψατο ἔν τε τῇ ἱερᾷ ἐκείνῃ
καὶ θειοτάτῃ [12]) ξυνόδῳ ἔν τε ἄλλῃ πῃ τῆς Ἰτα-
λίας, ᾔσθοντο μὲν καὶ ὅσοι τότε παρῆσαν ἐκεῖ,
ᾔσθοντο δὲ αὖ, καὶ οἷς ἐμέλησε τῶν μετὰ ταῦ-
τα γεγενημένων, αἰσθήσονται δὲ καὶ νῦν οἱ βου-
λόμενοι, ἐξὸν πολλούς τε καὶ καλοὺς λόγους ἀνα-
31 λαβόντας διεξελθεῖν τοῦ ἀνδρός. ὦ πόσοι σὲ
τότε διὰ θαύματος ἦγον! πόσοι διὰ σὲ τὸ γένος
ἐμακάρισαν τὸ ἡμέτερον! πόσοι τὸν εὐτεκνότατόν
σου πατέρα καὶ εὐδαιμόνισαν καὶ ἐπῄνεσαν! πό-
σοι Δοσιθέῳ τῷ θειοτάτῳ τῆς περὶ σὲ κηδεμο-
32 νίας ἕνεκεν ηὔξαντο τὰ βελτίω! διά τοι ταῦτα
καὶ ἔτι πλείω γε τούτων καὶ τῷ τοῦ Καρδηνάλεος
σὲ Ῥωμαῖοι τετιμήκεσαν ἀξιώματι, καὶ ἔτι γε
τῷ τοῦ Πατριάρχου τῆς μικρῷ πρόσθεν, οἴμοι, βα-
33 σιλευούσης [13]) τῶν πόλεων. πρὸς δέ γ' ἐπὶ τού-
τοις καὶ ἄξιος ἐκρίθης [14]) τῆς ἄκρας καὶ θείας
τῶν Ῥωμαίων ἱεραρχίας, καὶ μέντοι καὶ γένοιο
ἄν, εἰ μὴ τοῦ γένους ἡμῶν ἡ κακοπραγία ἐκά-

12) Synodum Ferrarienſem ſignificat, a. 1438. d. 6. Octobr. ab Eugenio IV. coeptam, anno 1439 poſt Seſſionem XVI. Florentiam translatam. Duca Hiſt. Byz. cap. 31. p. 118 ſq. In ſeſſione prima Beſſarionis προςφώνημα de unione ineunda (Vid. Fabric. X. p. 402. 1.) in alia quadam eiusdem oratio occurrit de unione. (Conf. idem p. 402. 2.) Pertinet huc quoque illa Beſſarionis epiſtola, de qua Fabr. ib. no. 6. Confer. de hoc Concil. *Lahbei* Syn. Hiſtor. Concil. Paris 1661. 4. Concil. Coll. *Labbei* a. 1672 abſol. Tom. XIII. 1. 285. et *Harduini* (Par. 1715. abſol.) IX. 1.

13) Conſtantinopolis *βασιλὶς τῶν πόλεων* ſexcenties a Graecis appellatur. Vid. *Nicetas* in Alexio Murzuflo. *Niceph. Calliſtus* praefat. *Conſtant. Manaſſis* Ann. paſſim.

14) Futurus poſt Pium II. anno 1464. (d. 14. Aug.) defunctum, Pontifex maximus erat, niſi parum officioſa, ut aiunt, Nicolai Perotti admiſſionalis ſui moroſitate Cardinalium animos a ſe alienaſſet. Fabric. X. p. 401.

λυσε· μᾶλλον δ' ὁ τοῦ Θεοῦ πανδερκέστατος ὀφθαλ-
μὸς ἄλλα ταμιευόμενος, ὧν γνῶσις ἀνθρώπων
αἰσθέσθαι οὐ δύναται. τοιοῦτον δὲ ὄντα καὶ τηλι- 34
κοῦτον ἐκ τοῦδε τοῦ φθαρτοῦ βίου καὶ [15]) ἐπικήρου
ἐς ἀκήρατον καὶ ἄφθαρτον μετέστησεν ὁ Θεὸς
τῇ φύσει παραχωρήσαντα, ὡς οὐκ ἀξίων ὄντων
ἡμῶν, τοσούτου κάλλους ἀπολαύειν μέχρι πολλοῦ.
Οἶσθα μὲν οὖν, ὦ ἑταιρότατοι ἄνδρες, ὡς οἱ πλεῖ- 35
στοί γε τῶν ἀνθρώπων οὐδὲ μίαν ὀδύνην ἐπιπονωτέ-
ραν ἡγοῦνται, τῆς ἀγούσης ἐπὶ τὸν θάνατον. ἐγὼ
δὲ οὐδὲ μίαν ἡγοῦμαι κρείττω γε ἡδονὴν τῶν ἀνθρώ-
πων τοῖς ἀγαθοῖς τῆς τοῦ βίου τοῦδε ἀπαλλαγῆς·
ὅτι γε ἐν φρουραῖς ὄντες καὶ πέδαις καὶ τιμω- 36
ρίαις ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ, τῶν τοιούτων ἀπαλλα-
γέντες, εἰς ἀθάνατον βίον καὶ τερπνότατον με-
ταβαίνουσι, καὶ ὁ Θεὸς [16]) παρέδρους ἑαυτῷ ποι-
εῖται δι' ἀρετὴν, χώρας τε, τοὺς μὲν, ἀμείνονος,
τοὺς δὲ, ἐλάττονος ἀξιῶν, κατὰ τὸ μέτρον ἑκά-
στῳ τοῦ ἀγωνίσματος. οἱ δὲ μοχθηροὶ τῶν ἀν- 37
θρώπων, ὑφ' ἡδονῆς καρωθέντες, ὡς ἂν ὑπι-
σχυροτέρου πόματος κατεχόμενοι δι' ὅλου τοῦ βίου,
ἀκήρατον ὥσπερ λειμῶνα τόδε ἡγοῦνται τὸ δεσμω-
τήριον, καὶ τὴν λύσιν τῶν δεσμῶν οὐ προσίενται,
ἅτε τὰ τῇδε ἑλόμενοι τῶν ἐκεῖ. ἐμοὶ δὲ νῦν, οὐ 38
περὶ τούτων, οὐδὲ περὶ τῶν τοιούτων, ὁ λόγος. ἀλλ'
οἱ τῶν τῇδε τἀκεῖσε προείλοντο, οἷς γε, εἰ μὴ
καὶ [17]) βλάβος ἦν μάλιστα ἐν τῷ αὐτῶν κρείτ-
τονι, μυριάκις ἂν τοῦ σώματος ἀπελύθησαν, ἐς
βίον καὶ χῶρον θειότατον βιωσόμενοι. τοῦτο δ' 39
οὐκ ἄν τις ἐζήτησε τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ τὸ ἐν ἡμῖν
κρεῖττον ἀθάνατον ὑπελάμβανεν. ὅτι δὲ τὸ 40
ἐν ἡμῖν κρεῖττόν τε καὶ θειότερον μετὰ τὴν τοῦ

15) Vid. Fischeri V. Cl. Ind. ad Aesch. Dial.

16) Notissimus ille Orientis mos *παρεδρίᾳ* honorandi amicos. 1. Reg. II. 19. 1. Sam. XX. 25. Conf. *οἱ ὁ.* Matth. XXII. 44. inprimis *Knappii* V. Cl. Progr. de Christo ad Dextram Dei sedente. Halae 1790. 4.

17) τὸ βλάβος et ἡ βλάβη. Pollux. V. 30.

βίω τοῦδε ἀπαλλαγὴν ἀθάνατον διαμένει, πολ-
λοῖς τε ἄλλοις διὰ μακρῶν δεδήλωται λόγων,
καὶ ἡμῶν τοῖσδε οἴομαι ὡς οὐκ ἄδηλον ἔσται, τοῖς
41 γε βραχέσι καὶ πένησι. πρῶτον μὲν δή, ὅτι
ἀρχαιότατον τὸ δόγμα τοῦτο καὶ πολυθρύλλητον,
οὐχ ὅτι τοῖς πολλοῖς καὶ ἀδοκίμοις τῶν τε πα-
λαιοτέρων τῶν τε νεωτέρων γενῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς
42 πλείστοις καὶ εὐδοκιμωτάτοις τῶν ὑπὸ ἥλιον. οἷς,
εἰ μὴ τοῦτό γε δοκοῦν ἦν, οὐκ ἂν τοὺς δικαίως
τῇδε καὶ ὁσίως βεβιωκότας, ἐπειδὰν ἀποθάνω-
σιν, ἐς ἠλίσιον πεδίον ἀπιόντας οἰκεῖν ἐν πάσῃ
εὐδαιμονίᾳ λύπης ἐκτὸς καὶ κακῶν ἁπάντων ἐδό-
ξαζον, οὔτε τοῖς οἰχομένοις θεραπείας προσέφε-
ρον, οὔτ᾽ ἄλλο γε ὁτιοῦν ἔδρων ἄν, τῶν ὅσα τοῖς
43 ἀπογενομένοις ξυμφέρειν νομίζουσιν. ἔπειτα εἰ
μὴ τοῦτό γε ἦν οὕτως ἔχον, οὔτ᾽ ἄν τις τοῦ θείου
τι νενομίκοι, οὔτ᾽ ἂν αἰτίας ξυνείη, καὶ μέντοι
οὔτ᾽ ἀπειρίας οὔτ᾽ ἐφίοιτο τῆς ἀϊδιότητος. τοῦτο
δὲ δῆλον, ταῖς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος γεννωμένοις
τε ἅμα καὶ οἰχομένοις ἀνθρώποις. ἡ ψυχὴ ἄρα
44 ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον. ἔτι, οὐδὲν τῶν ὄντων αὐ-
τὸ ἑαυτὸ φαίνεται διαφθεῖρον αὐθαίρετον. τῶν
δ᾽ ἀνθρώπων εἰσὶν οἳ ἑαυτοὺς ἀποκτιννύουσί τε
καὶ διαφθείρουσι. δῆλον, ὅτι ἀθάνατον ἡ ψυχή·
εἰ γὰρ μή, οὐκ ἂν ὁ ἄνθρωπος ἑκὼν εἶναι ὥρμα
ἐπὶ τὸν ἴδιον ὄλεθρον. νῦν δὲ τοῦτο δρᾷ, εἰδώς,
ὅτι τὸ κυριώτατον αὐτοῦ καὶ ὁ δὴ αὐτός ἐστιν,
οὐχ ὅπως ὅτι ξυνίσταταί τε καὶ διασώζεται, ἀλ-
λὰ καὶ πρὸς ἀμείνοσι τῶν τῇδε διατριβαῖς
45 ἀπορραγὲν ἤδη γίνεται. ἔτι πᾶν τὸ μὴ ὑπὸ τῆς
ἰδίας κακίας φθειρόμενον, ἄφθαρτόν ἐστιν. ἡ δὲ
ψυχὴ ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας οὐ φθείρεται· ψυ-
χῆς δὲ κακία, δειλία, φθόνος, ἀκολασία, καὶ
ἄλλα ὅσα τυγχάνουσι τοιαῦτα ὄντα. ἄφθαρ-
46 τον [18]) ἄρα ἡ ψυχὴ καὶ ἀθάνατον. ἔτι πᾶν
τὸ αὐτοκίνητον ἀεὶ κινητόν, τὸ δὲ ἀεὶ κινητὸν

18) Conf. Platon. Phaedo. et Cicero Tusc. I. 23.

ἄπαυςον, τὸ δὲ ἄπαυςον ἀτελεύτητον, τὸ δὲ ἀτε-
λεύτητον ἀθάνατον. ἡ δὲ ψυχὴ τοιοῦτον. ἀθά- 47
νατον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον, καὶ ἐκ τούτου δὲ δῆλον
ἔτι. πολλοὶ γὰρ τῶν ὑπεκχωρούντων τοῦ τῆδε
βίου ἐν αὐτῶν αὐτῇ γε τῇ τελευτῇ, πολλῶν θα-
νάτους ὡρισμένως προλέγουσιν, οὐ τῶν ἐν τῇ αὐτῇ
πόλει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πόῤῥω πη οἰχομένων.
ἔγωγε τοῦτ' εἶδον αὐτοῖν ὀφθαλμοῖν καὶ ἄλλων
λεγόντων ἤκουσα γεγονός. οὐκ ἂν οὖν θάνατον 48
ἄλλων οὔτε προεγίνωσκον οὔτε προὔλεγον, εἰ μὴ τῇ
προόψει γε τῆς ψυχῆς ἀθανάτου τε οὔσης καὶ
αἰεὶ τοῦτο ἐπιζητούσης, οἷς τε προνοεῖ, οἷς τε
δρᾷ, ὧν τε ἐφίεται, ὧν τε ἀπέχεται.

Καὶ ταῦτα μὲν, ὦ φίλοι ἄνδρες, ἱκανά γε 49
ἐν τῷ παρόντι, ὡς τῇ πενίᾳ τῶν λόγων καὶ
ταπεινότητι βέλτιον τῷ θειοτάτῳ ἀνδρὶ καὶ
ἡμῶν ἡγεμόνι μὴ δυναμένοις ἀντιχαρίσασθαι,
ὁπότε καὶ ἄλλους εἰδόσι πολλῷ τοι κάλλιον ἡμῶν
ἐπιταφίους ξυνθέντας καὶ ἐπιγράμματα, ὅσους
περιὼν ἐτίμα καὶ εὐεργέτει παντοίοις τε ἀγα-
θοῖς καὶ πολυτελέσιν. ὑμᾶς δὲ, τάς τε ἄλλας 50
ἐπισκοποῦντας τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς, καὶ ὅτι θείας
καὶ ἀληθοῦς σωφροσύνης εἰκὼν ἐτύγχανεν ὤν,
ἐκεῖνον μὲν ὡς μακάριον ἡγεῖσθαι χρὴ καὶ εὐδαί-
μονα. τὸν δὲ πάντ' ἐφορῶντα θεὸν, τοὺς κα-
λῶς καὶ ὁσίως τῶν ἀνθρώπων βεβιωκότας, ὧν
εἷς ἦν καὶ οὗτος ὁ ἡμέτερος κηδεμὼν ἀγαθὸς,
θεοσεβὴς, ἐλευθέριος, σώφρων, συνετὸς, μεγα-
λόφρων, καὶ αὐτό γε τοῦτο εἰδὼς, ὅστις τε ἐςὶν
ὁ νοῦν ἔχων καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ, τοὺς δὴ τοιούτους
ἀεὶ καλεῖν γε παρ' ἑαυτὸν ἐς τὸν ἴδιον οἶκον·
καὶ οὗ ἂν ἐρασθείη ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἐκεῖσε
μένειν κελεύειν, καὶ συμπότην ποιεῖσθαι τοῦ [19])
ὑπὲρ νέκταρ οἴνου καὶ ἀμβροσίαν, ὃν πιεῖν και-

19) Mire hoc ſonat, ubi de primo et pulcherrimo iuſtiſſimoque regno et de fidelibus ſermo eſt. Ita miſcent illi ſacra profanis!

νὸν τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ σὺν τοῖς πιςοῖς ἐπηγγείλατο ἐν τῇ πρωτίςῃ καὶ καλλίςῃ καὶ δικαιοτάτῃ αὐτῦ βασιλείᾳ· ἣν 20) ὅσον ὀὐκ ἤδη τοῖς ἀξίοις παρεγγυῶμαι, ἐξ ὧν ἡμῖν γε τὸ θεῖον ἐπεσημήνατο, τὰ μέλλοντα προορώμενος.

Βησσαρίωνα τὸν λόγων ἐπιςάτην,
Τιμᾷν λόγοις πρέπει τε καὶ ςίχοις πλέκειν.

Ἀμφὶ τετάρτην καὶ δεκάτην γε νοεμβρίοιο
Κάτθανε Βησσαρίων πρεσβεύων 21) καθ' ὁδόν.

Βησσαρίωνος ἀριπρεπέος τόδε σῆμα κεκεύθει
Δῶμα νέκυν τ' ἀρετῆς καὶ σοφίης ἁπάσης,
Ψυχὴ δ' ἐκ ἀέκυσ' ἀνέβη μέγαν ὀὐρανὸν εἴσω
Ῥεῖα βιωσομένη χώρῳ ἐν εὖ αἰεί.

20) Ὅσον ὀὐκ ἤδη, iam iam. Conf. *Viger.* de Idiot. pag. 131. ed. Zeun.
21) In itinere e Gallia. Conf. Bullartii Acad. T. I. p. 10.

PRAEFATIO.

Nonus iam agitur annus, ex quo, anno scil. 1809, Neapoli ex Typographia Regia prodiit volumen alterum Papyrorum Herculanensium iunctis duumvirorum doctissimorum Caroli Rosinii et Nicolai Ciampittii curis editum, quo continentur, primo loco Fragmenta Carminis Latini de Bello Actiaco doctissimis Ciampittii commentariis illustrata, (quae vero iam pridem in Germania nota editaque sunt cum Heynii τοῦ μακαρίτου, Morgensternii suisque adnotationibus doctis sane et acutis a Ioanne Theophilo Kreyssig Lipsiae typis I. A. Barthii anno 1814, forma quam dicunt quarta) deinde Fragmenta Librorum II. et XI. Epicuri περὶ τῆς φύσεως, vel potius lacera quaedam ac misere discerpta membra Philosophi XX columnis exhibita: in quibus tamen restituendis, supplendis, explicandis et cum duabus Epicuri Epistolis Physicis a Laertio servatis, nec non cum Carmine Lucretii aliisque antiquorum philosophorum reliquiis comparandis praeclarum omnino acuminis ae-

que ac eruditionis suae monumentum reliquit Carolus Rosinius, ex cuius Praefatione ea quae ad Epicurum spectant hic delibare liceat.

„Accipe (inquit vir doctissimus) Accipe nunc, benevole lector, quid ex effossis Papyris nunc in apricum proferatur. Paucis abhinc annis evolutum volumen fuit, quod hac Epigraphe consignatum invenimus: Ἐπικούρου περὶ φύσεως *ΙΑ*. Cognovimus illico unum ex XXXVII libris esse, quos refert Laertius ab Epicuro sub hoc titulo conscriptos fuisse. Subinde porro et alia decem, quae idem Epicuri nomen et operis titulum praeferunt, in lucem prodiere: sed ex iis sex tandem numerum exstantem exhibuerunt, unum scilicet numerum II, alterum (quem iam laudavi) XI, tertium XIV, quartum XV, quintum XX, sextum XXVIII. E reliquis quinque unum non satis internosci quitum est, quo numero distinctum fuerit: in aliis quatuor numerus omnino evanuit. Ex omnibus tamen vix quinque sunt, e quorum laciniis aliquod expiscari lector diligens et peritus queat, ceteris adeo obliteratis, ut nonnisi auctoris nomen et desiderium reliquum sit. Nihilo minus celeberrimum Epicuri nomen postulare a nobis iure visum est, ut in lucem publicam, omissis aliis, volumina haec propediem vindicarentur. Epicuro igitur manum admovimus, et hisce residuis libris in rectum ordinem digestis, a secundo, qui est a primo proximus, ordiemur."

„Quid porro in hac Papyro adornanda, ut honeste, neque incompte in publicum prodiret, praestiterimus,

non pluribus hic te, lector, morabimur: quidquid enim in Philodemo annis superioribus concinnando operae industriaeque adhibuimus, eamdem in Epicuri cultu ornatuque diligentiam et solertiam adhibuimus. Itaque Papyrum ipsam, suas in columnas dispertitam, eadem magnitudine ac forma, eodem characterum ductu contextuque verborum exprimendam curavimus, quae in Autographo visuntur. Imo lacunas scissurasque easdem, quibus casu, quicumque is demum fuit, dehonestata Papyrus est, repraesentavimus; omnia demum, ut paucis rem expediamus, summa fide exscripsimus. Singulis autem columnis e regione respondet textus integer, minusculo, ut aiunt, vulgatoque charactere, ea quidem ratione, ut versus cum versu congruat, neque ab autographo ulla in re discrepet, praeter interstitia, notasque vocabulorum, commatum et periodorum, quae recentiores librarii solent adhibere. Praeterea literas, syllabas, et voculas etiam, quae detritae erant, de nostro supplevimus, sed rubrica pinximus, quo vel primo obtutu dignosceretur, quid per nos fuerit redditum auctori. Latine porro Epicurum convertimus, sed, quoad eius fieri potuit, κατὰ λέξιν: quum scilicet Graecanicae linguae ingenium a Latiali non abhorreret."

„Breves cuique columnae adnotationes subiecimus, quum res postulare videretur, ut vel auctoritas sententiae illustraretur, vel, si qua vocula suppleta foret, ratio redderetur."

„Ad extremum autem librum reiecimus commentarios nostros, in quibus, quaenam sit in unaquaque colu-

mna philosophi mens et ratio, clare proposuimus, tum integrum cuiusque columnae textum liberiori quodam dicendi genere sumus prosequuti, in eoque operam dedimus, ut Epicurus in Latialis linguae indolem propius accederet, quam quum idem, ut antea dictum est, *κατὰ λέξιν* versus a te perlectus est. Atque hic lacunas, quae in textu occurrerunt, quasque religio nobis fuit in *αὐτογράφῳ* vel coniectura ductis vel ingenio complere, sine ulla dubitatione complanavimus, quum ipsa argumenti ratio nos eo veluti sponte sua deduceret. Ut autem, quid de nostro textui admensum fuerit, facile intelligeres, *cursivo*, ut aiunt, charactere id exscribendum curavimus. Atque haec de Epicurea Papyro praefatos nos esse satis sit."

Haec Rosinius: cuius viri doctissimi summam cum eruditionem tum industriam in Epicuro restaurando manifestatam miratus operae pretium duxi novam istorum Fragmentorum editionem adornare modico pretio parabilem et Physicis Epicuri ac Meteorologicis a Schneidero, viro doctissimo, novissime editis et illustratis supplementi ad instar adiungendam: quamquam, ut dicam quod res habet, ipsa haec Fragmenta magnam, quam fama de illis inventis excitaverat, eruditorum lectorum exspectationem immane quantum deminuisse fatendum sit. Attingunt enim non tantum res subtilissimas, abstrusissimas intellectuque difficillimas, doctrinam scil. Epicuri de *εἰδώλοις* ex corporibus effluentibus et quaedam illius placita de magnitudine ac distantia corporum coelestium, sed sunt etiam,

ut iam diximus, adeo discerpta et lacera, ut in columnis etiam minus detritis vix tres quatuorve lineolas uno tenore perlegere possis, in plerisque autem nihil fere conspicias nisi singulas tantum vel voces vel literas vel literarum tantummodo apices ac obscura vestigia. Quo magis admirari licet Rosinii acumen ex hisce laciniis sensum, si non verum, probabilem saltem, nec indignum Epicuro elicientis. Insunt tamen fragmentis illis nonnulla, quae lucem aliquam affundere possint Lucretio, futuro poetae huius editori minime negligenda, nec non vocabula quaedam et locutiones insolentiores et alibi vix inveniendae, quibus augeri poterunt Lexica Graeca.

Iam quid in hac editione praestitum sit, paucis accipe, lector benevole. Ante omnia operam dedi, ut textus Fragmentorum cum supplementis Rosinii quam accuratissime exhiberetur, illum literarum charactere maiori, haec, quae rubrica dedit Rosinius, minori imprimi curans; nec non singula cnm verba, tum literas literarumque vestigia denuo summa qua potui diligentia comparavi cum Tabulis columnarum aere impressis. Notas Rosinii integras dedi, omissa tantum eiusdem omnium locorum singulorumque adeo vocabulorum, quae in notis allegat, interpretatione latina. Cumque pleraque et tantum non omnia, quae explicatione aliqua aut illustratione indigere viderentur, iam occupata et exiguum admodum aut nullum fere futuro editori spicilegium relictum vidissem a viro doctissimo, paucas tantummodo adnotationes adspersi, quibus partim loca quaedam vete-

rum scriptorum ad illustrationem horum Fragmentorum facientia afferre, partim voces quasdam et locutiones rariores exponere, partim denique, sed tribus tantum quatuorve locis, praecipue in Libri XI. columna IV. intacta a Rosinio, proprio Marte aliquid coniicere ausus sum. Loca, quae ex Epicuri Epistolis a Laertio servatis citavit Rosinius, diligenter comparavi cum earundem Epistolarum editione novissima a Schneidero, viro clarissimo, curata, aliasque citationes correxi, nec non accentus revocavi, quos consilio haudquaquam probando omisit Rosinius, cum illos editoribus Graecorum scriptorum minime negligendos censuissent viri Graece doctissimi et talium rerum intelligentissimi iudices. Indicem tandem ex editione Neapolitana addidi duplicem, primum verborum et locutionum, alterum rerum in his Fragmentis occurrentium. Tabulas etiam singularum columnarum aere impressas, quas habet Neapolitana editio, adiungere in votis erat; sed, quod maximopere dolui, non patiebantur id rationes redemptoris honestissimi, veriti quippe, nec frustra, ut fateri liceat, ne aucto talibus ornamentis libri pretio emtores absterrerentur: dissuadere etiam videbatur ipsa qua vivimus temporum conditio huiuscemodi conatibus haudquaquam opportuna.

Quum vero infrequens sit in Germania paucisque adeo eruditorum cognita Neapolitana editio, haud ingratum fore putabam lectoribus Epicuri mei, si Carminis Latini de bello Actiaco, quod in libro illo pretiosissimo praemissum est Epicuri Fragmentis, textum saltem hic

exhiberem, insertis Nicolai Ciampittii, viri doctissimi, lacunarum supplementis, ipsa carminis verba maiusculis, supplementa autem minusculis literis imprimi curans.

Carmen itaque istud vel potius brevia maioris Poematis Fragmenta VIII Columnis contenta ita se habent.

COL. I.

. . . . XIM . . . . AEL . . TIA· . . . .
. . CESAR . FA . . . AR . . HAR . . IAM . . . . G . . . .
. . RT· . HIS· ILLE · . . . . NATO . . CVM . . . . EI . IA POR . . .
QVEM IVVENES; gRANdAeVOS·ERAT·pEr cVNcTA sequutus
BELLA·FIDE·DEXTRAQVE POtENS·RERVMQuE·PER·Vsum
CALLIDVS·ADSIDVus trACTANDO· IN MVNERE martis
IMMINET oPSESSIS·ITALuS·IAM·TVRRIBVS altIS·
Adsiliens muriS·NEC·DEFVit IMPETVS·ILLIS.

COL. II.

funeraque adCEDVNT·PATRiis deforMIA·TerRIS
et foedA Illa mAGIS·QVAM·Si NOS geSTA LATEReNT
CVM cuPERet potIVS·PELVSIA mOENIA·CAESAR,
vix ERAT·IMperIIS·ANIMOs COHIberE SVorVM;
QuID·cAPITIS Iam caPTA IACENt QVAE praemia belli?
SVBRVITIS·fERro meA·MOENIA QVONdAM·ERat hoSTIS.
HAEC·MIHI·CVM·dominA PLEBES QVOQVE nunc sibi VICTRIX
VINDICAT hanc faMVLAM ROMANA POTEntia taNDEM.

COL. III.

fas et ALeXANDRO thAlaMOS iNtRaRE DEoRVM
DIco ETIAM·dOLVISSE·DEAM vIDISSe triuMphoS
AcTIACOS·CVM·cAVSa fORES Tu MaxIMA beLLI
PARS·ETIAM·IMperII·. QVAE·FEMINA·TanTA·? VIrORuM
QVAE·SERIEs ANTIQVA fVIT·? NI GLORIA·MENDAX
MVLTA vetuStATIS·NIMIO·ConcEDAT·HONORI.

Col. IV.

....................EN....................

SAEPE· Ego QVAE· VEteRIS CVraE· seRMoNIBVs angor
QVA fuGITVr lux, erro: TameN NVNC· QVAErere caVSAS,
EX·SiGVasque mQRaS· VITAE·LIBET·.EST· MIHI· CONIuNX;
parHos qui· POSSET phARIIS· SVBIVNGERE REGnIS·
QVI· SPreVIT· NOStraEQVE· MORI· PRO NOMINE· GENTIS·
Hit iGItur pARTIS aniMVm DIDVctuS IN oMnIS
qVID· VELIT: INCERTVM· EST·, TERriS qVIBVS·, AVT·
QVIBVS· VNDIS

Col. V.

delectVMQue foruM Quo noXIA TVRBA COiRET,
PRAEBERETQVE· SVAE· SPECTACVLA· TRisTIA· MORTIS.
QVALIS· AD INSTANTIS· ACIES· CVM TELA· PAraNTVR
SIGNA·, TVBAE·, CLASSESQVE· SIMVL· TERRESTRibus AR-
MIS;
EST· FACIES· EA· VISA· LOCI·, CVM· SAEVA COIRENt
INSTRVMENTA· NECIS· varIO· CONGESTA· PARATV·.
VNDiQVE· SIC· ILLVC· caMPo DEFORME· COactVM
OMNE· VAGABATVR· LETI· GENVS·, OMNE· TIMORIS·.

Col. VI.

hic cAdit absumtus fERRO·, TumeT· IlLE· VENeno,
aVT· PEndenTe suIS· CERVICIBVS· ASPIDE· MOLLEM
LABITur iN SOMNVM· TRAHITVRQVE· LIBIDINE· MORTIS·.
PERCulit adFLATV· BReVIS· HVNC· SINE· MORSIBVS· ANguis
voLNERE· SEV· TeNVI· PARS· INLiTA· PARVA· VenENI·
OCIus INTEREMiT· LAQVEIS· PArS· COGItVR· ARTIS·
INtERSAEPTAM· ANIMAM· PRESSIS· EFFVNDERE· VENIS·.
ImMERSISQVE fretO· CLAVSERVNT· GVTTVRA· FAVCES·
hAS· INTeR· StRAGES: SOLIO· DESCENDIT· eT· INTER

Col. VII.

A . . . . LIA . . NO . . . .
SIC · ILLI · INteR · Se mISERO· serMoNe fRVVNTVR ·
HAEC · REGINA · GERIT: PROCVL · HAnc OocultA · VIDEBAT ·
ATROPOS · INRIDeNs inteR · DIVERSA · vaganteM
CONSILIA · INTErITVs, QVAM · iAM sua fatA MANeRENT
TER · FVERAT · REVOCATA · diES · CVM · PArte senATVS ·
ET · PATRIAE · cOMItANTE · SVAE · CVM · MILite CAESAR ·
GENTIS · ALEXANdrI · CupiENs AD · moEnia VENIT ·
SIGNAQVE CONSTITVIT. SIC · OMNis terROR · IN · ARTVM.

Col. VIII.

obtereRE · adnisi PORtarVm clAVSTRa pEr VRBEM ·;
OPSIDIONE · TAMEN · NeC · CORPORA · MOENIBVS · ArceNT ·,
CASTRAQVE · PRO · MVRIS · ATQVE · ARMA · PEDESTRIA · PONVNT ·,
HOS INTER COETVS · ALISQVE · AD · BELLA · PARATVS ·
VTRAQVE · SOLLEMNIS · ITERVM · REVOCAVERAT · ORBES ·
CONSILIIS · NOX · APTA · DVCVM · LVX · APTIOR · ARMIS.

Plura de hoc carmine cognoscere qui voluerint, hos ablego cum ad commentarios Ciampittii, tum ad editionem Kreyssigii, unum hoc addens, doctissimum Ciampittium illud auctori adscribere C. Rabirio, qui extremo Augusti principatu floruit, Ovidiique fuit aequalis, cuiusque poema de bello Octaviani adversus Antonium laudat Seneca de Beneficiis Lib. III. Cap. II.

At nolo te longiori Praefamine morari, lector benevole. Vale itaque et fave Epicuro meo, cuius, si Deus optimus vitam viresque concesserit, et Epistolam ad Menoeceum, reliquaque, quae evaserunt é temporum naufragio, Fragmenta Moralia, ex Laertio aliisque scriptoribus antiquis collecta emendataque et illustrata luci daturus sum.

Scribebam Turici Helvetiorum ipsis Idibus Martiis 1818.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ
Β.

EPICVRI
DE NATVRA
LIBER II.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ Β.

Columna I.

Περὶ δὲ τῆς κατὰ τὴν φορὰν ὑπαρχούσης ταχύτητος νῦν λέγειν ἐπιχειρήσομεν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡ λεπτότης μακρὰν τῆς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων λεπτότητος ἀπέχουσα ταχύτητα τῶν εἰδώλων κατὰ τὴν φορὰν ἀνυπέρβλητον ἐνδείκνυται . . . .

Cap. I. De simulacrorum celeritate.

De celeritate autem, qua in motione adficiuntur, nunc dicere adgrediemur. Primum quidem enim tenuitas longe ab ea distans, quae sensibus percipitur, tenuitate, simulacrorum in motione celeritatem insuperabilem arguit . . . .

Col. II.

ὑπερβαλλόντως κοῦφα· εἰ δ᾽ ὑπερβαλλόντως κοῦφα, δῆλον, ὡς καὶ ὑπερβαλλόντως ταχεῖα κατὰ τὴν φοράν. Καὶ εἰ τὸ μὲν ὅλον ἰσοταχεῖς εἰσὶν αἱ ἄτομοι, λέγειν δεῖ, συνεισφερομένων ἐν τῷ ἐφ᾽ ἕνα τόπον φέρεσθαι, περᾶν δὴ συνεχῆ τὸν ῥοῦν, καὶ μὴ τὸ κενὸν αὐταῖς ἐναντιοῦσθαι πέραν φερομέναις, καὶ

. . . . eximie levia: si autem eximie levia, manifestum est, eximie quoque celeria esse in motione. Et si ad summam pari celeritate praeditae sunt atomi, dicendum est, commigrantibus ipsis, dum unum in locum feruntur, perennem utique meare fluxum, neque vacuum eis obsistere ultra meantibus, et . . . .

Col. III.

θέσιν καὶ τάξιν, ἀλλὰ μόνον ταύταις προσχωρήσασαι, ὧν πρότερον διάστημα ἐνειστήκει· καὶ οἱονεὶ ἐκ τοῦ κατεναντίον αὐτομολεῖν, τὸ σῶμα ἀναφύσει τὸ σχῆμα· εἰ καὶ οὔπω προσκρουσάσας τῷ στερεμνίῳ λείῳ εἰδεῖν τὰς συνιζήσεις οὐκ ἔστιν· οὕνεκα πολλὰ τὰ στερέμνια τότε προσφέρουσι μόνον

. . . . . . positionem, atque ordinem, sed solum his accedentes, inter quas primitivum interstitium positum fuerat: et veluti in adversum transfugientibus ipsis, corpus gignet figuram; etsi donec incursent in solidum laeve, secretiones perspicere non licet. Cuius rei gratia multa solida tunc solum exhibent . . . .

Col. IV.

μαρτυρεῖται φαινομένοις. Καταφανὲς οὖν πάλιν γίνεται, ὅτι τὰ εἴδωλα ταχύτητα τινὰ ἀνυπέρβλητον κέκτηται κατὰ τὴν φοράν. Καὶ ἐν τοιούτῳ δέ τινι τρόπῳ ἔσται περὶ τῆς ταχύτητος τῶν εἰδώλων ἀπόδειξιν ποιήσασθαι ἄν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ ῥοῦς ταχὺς, οὐ μόνον ὅτε τὴν κουφότητα

. . . . testatum est phaenomenis. Manifestum igitur rursum est, quod simulacra celeritatem quamdam insuperabilem adipiscantur in motione; atque hoc aliquatenus modo poterit de celeritate simulacrorum demonstratio fieri. Quoniam enim fluxus est celer non solum, quando levitatem . . . . . .

Col. V.

. . . . ταχέως ἐκπέτασθαι τάγε εἴδωλον· πλὴν ἂν κατὰ τὸν σοφιστικὸν τρόπον τὰ στερέμνια μόνον ταχέως δύνασθαι φέρεσθαι, τ' ὄντα δὲ εἴδωλα μένειν κατάγε τὸν ἔξω στίχον. Καὶ φαμέν τοι τὸ προςλαμβανόμενον εὐθύς· Ἑτοίμου κενοῦ διὰ τῶν συνιζήσεων τάσιν, καὶ ἑνότητα, καὶ λεπτότητα, καὶ μικρομέρειαν ἀνετεροίωτα . . . .

. . . . celeriter tunc evolare simulacrum: nisi fortasse sophistarum more velis, solida solum celeriter posse ferri, quae autem sunt merae imagines, immobiles manere in prima fronte. Atque adeo adfirmamus: quod recta consequitur. Cum vacuum in promtu sit, propter secretionum vehementiam, et unitatem, et tenuitatem, et partium parvitatem immutabilia . . . .

Col. VI.

πάντας ὁμοίους τύπους, οὓς θεωροῦμεν, τὰς ταχύτητας ὑπαρχούσας σώμασι πᾶσιν εὖ ἐπιβλέπομεν, ὅτι καὶ τὰ εἴδωλα τῶν στερεμνίων εἰς μακροὺς τόπους περαιοῦντα ἐπιβλέπειν ἐστὶ, τὴν αὐτὴν μορφὴν . . . .

. . . . per omnes similes typos, quos videmus, celeritates corporibus inesse belle quidem perspicimus; quoniam et solidorum simulacra in longinqua loca eamdem formam transmittentia perspicere licet . . . . . .

Col. VII.

Cap. II. Adversariorum obiecta proferuntur.

. . . . στερεμνίοις, καὶ τὰς αὐτὰς διαστάσεις εἰς βάθος εἰληφός· πλὴν οὐχὶ τῷ ἐκ σωμάτων πολλῶν τὸ βάθος πεποιῆσθαι, ἀλλὰ τῷ ἐξ αὐτοῦ ἔνδοθεν κενοῦ διάστασιν τὴν αὐτὴν ἔχειν, λέγειν τολμῶσιν ἀλόγως πως, ὡς ἂν τὴν κενότητα ῥαδίως δύνασθαι τὸν ῥοῦν, καὶ

. . . . solidis, et easdem dimensiones in sua extensione capiens. Verumtamen, non quod dimensio e pluribus corporibus oriatur, sed quod extensionem ipsam ab interiori vacuo accipiat, absurdo quodam modo dicere audent; quasi vero vacuitas facile possit fluxum, et . . . .

Col. VIII.

. . . . φύσεων τῶν στερεμνίων· τοῦτο δ' αὐταὶ αἱ αἰσθήσεις ἐπιμαρτυροῦσιν ἡμῖν. Εἴ γε γὰρ ἂν μᾶλλον ἔνδοθέν τι πολυκένοις ὅμοιον ἦν φύσεσιν, μὴ πολυκένῳ δύναιτο φύσει τι εἰδώλων περαιοῦν τὴν ἔξω μορφὴν διασώζειν πρὸς στερέμνιον τὴν αὐτὴν ἀτόμων τάξιν

. . . . . . substantiarum solidarum: hoc autem ipsi nobis sensus adtestantur. Si enim potius aliquid intus fistulosis simile foret substantiis, non posset fistulosae substantiae simulacrum, transmittens exteriorem formam, servare eundem atomorum ordinem . . . .

Col. IX.

τὴν λεπτομέρειαν ἔχοντα, ἥπερ ἔνιαι ἔξωθεν μὲν ἀλληλοῦχοι φύσεις, ἔνδοθεν δὲ πολύκενοι, δύνανται τὰς μορφὰς οἷα τῶν στερεμνίων φύσεων, λαμβάνειν. Οἷς δὴ φημί· Βλέποντες τὶ τῶν εἰδώλων ταὐτὸ τοῦτο ἐγχειροῦσιν καταδοξάζειν διὰ τὴν ὁμωνυμίαν. Ὅτε γὰρ λεπτότητα . . . .

. . . . . . partium tenuitatem habentia, non secus ac quaedam exterius compactae substantiae, interius vero fistulosae, possunt formas, quales solidarum substantiarum, accipere. ¶ Quibus profecto aio: Isti adspicientes simulacrorum aliquod, de ipso falsam opinionem suscipere statim adgrediuntur propter nominis communionem. Cum enim tenuitatem . . . .

Cap. III. Diluuntur obiecta.

Col. X.

διὰ τῶν ἐκείνων συγκρίσεις· ἐὰν μή τις τὸν τρόπον τῆς διαλύσεως, ὃν ἡμεῖς εἰρήκαμεν, δεικνύη, δυνατὸν αὐτοῖς ὑπάρχειν ὄντα. Δεῖ οὖν, ὥσπερ εἴρηκα, καὶ τὴν εἰς τοῦτο τὸ εἶδος γεγονέναι οἰκονομίαν ἡμῖν ἐπιβλέπειν· ἔστι γάρ τι σύντομον πρὸς τὸ γνῶναι τὰ περιέχομενα

. . . per illorum concretiones, nisi quis dissolutionis modum, de quo diximus, possibilem ipsis esse demonstret. ¶ Oportet igitur, ut dixi, perspiciamus, etiam in hoc genere non defuisse oeconomiam: est enim via compendiaria ad cognoscendum, quae circumstant . . .

Cap. IV. Conclusio.

Col. XI.

. . . . συμβέβηκεν ἀποτελεισθαι, καὶ ἔτι τὰς φορὰς ἀνυπερβλήτους τοῖς τάχεσιν κεκτῆσθαι. Τὰ δ' ἁρμόττοντα ἐφεξῆς τούτοις ῥηθῆναι ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα διέξιμεν.

. . . . . evenit, ut efficiantur, et insuper motiones celeritate insuperabiles adipiscantur. Quae autem istis consequenter | dicenda sunt, in sequentibus edisseremus.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ
ΙΑ.

EPICVRI
DE NATVRA
LIBER XI.

CAROLI ROSINII
ANTELOQVIVM.

Absoluto iam altero Epicuri libro, qui nobis primus ex residuis erat, ad undecimum, signatum nempe IA. et ab illo, deficientibus aliis, proximiorem, gradum facimus. Operae autem pretium est aliqua lectorem praemonere. Hoc volumen, etsi papyri materie et charactere ceteris praestaret, atque adeo facilius evolvi posset; tamen cum post infamis anni 1799 vices in imperitas manus inciderit, discerptum potius quum explicatum est. Hinc non modo bona eius pars ab initio disperiit, quae optime legi potuisset, sed et post tertiam superstitem columnam ingens lacuna facta est. Ex adglutinatis enim simul uno ac alteris plurium σελίδων elementis monstrosa consarcinatio exsurrexit, unde nihil expiscari quivimus. Idcirco vides in serie deesse quartam columnam: re tamen vera plures, vel certe duae intermediae desiderantur. Ne quid autem incuria nostra deperiret, e multis fragmentis aliquid contrahere studuimus, et sex, quae pleniora essent, in unam Fragmentorum tabulam coniecimus *). Ex his enim, tum quae insuper in eodem libro noster pertractaverit, internoscere licet; tum aliquid lucis iis, quae supersunt, infunditur. Ea autem sic legi posse arbitramur.

Fragm. 1. *περιληφθείη διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος πυκνότητα, ἢ ἀραιότητα, ὥστ᾽ ἀποδιδόναι μὴν οὐκ ἔστιν ἅπασι. comprehendi posset per circumstantium corporum densitatem vel tenuitatem: itaque reddere non est omnibus* . . . .
Vide Scholion ad Col. 1. vs. 10. 11. ubi illud recitabimus.

Fragm. 2. *καὶ διὰ τοῦτο πανταχόθεν πρὸ ὀμμάτων τιθέμενοι τὰς περιφερείας, ὡς τοῦ ἄλλου πράγματος. et propterea,*

*) Haec Fragmentorum tabula aere excusa non exstat in meo Voluminum Herculanensium exemplari. [O.]

qui undecumque prae oculis sibi ponunt circumferentias (astrorum) non secus ac alius rei . . . Heic profecto sermonem habere videtur de astrorum magnitudine. Scitum est enim Epicuro eam sedisse opinionem, iure a physicis reliquis exsibilatam, astrorum scilicet magnitudinem tantam esse, quanta nostris oculis apparet. Quare M. Tullius huiusmodi delirium irridens inquit Academ. Lib. IV. Cap. 26. *Quantulus (sol) nobis videtur; mihi quidem quasi pedalis. Epicurus posse putat etiam minorem esse eum, quam videatur.* Sic autem ipse ad Pythoclem scribebat ap. Laert. §. 91. *τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε, καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων, κατὰ μέντοι πρὸς ἡμᾶς, τηλικοῦτόν ἐστιν, ἡλίκον φαίνεται.* Quo in loco adnotat enarrator Laertius: *Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ περὶ φύσεως.* Quandoquidem igitur hoc ipso in libro, quem prae manibus habemus, eam quaestionem, ut par erat, pertractavit; recitata verba non alio referri posse existimamus; ut scilicet dicat, quod Lucretius sic carmine expressit Lib. V. v. 577:

Quidquid id est, nihilo fertur maiore figura,
Quam nostris oculis, quam cernimus, esse videtur.
. . . .
Quandoquidem claram speciem certamque figuram
Praebet, ut est oris extremis cumque notata,
Quanta haec cumque fuat, tanta hinc videtur in alto.

Fragm. 3. quod sane diu nos torsit, sic fortasse legi potest: *δοὺς ταύτης τιμῆς ὁρατὴν ποιεῖσθαι, καὶ τῆςδε δύης ἔσεσθαι, ἢ πρότερον ἢ ὕστερον· ὥστε οὐ τότ' ἔχειν ἀπειρίαν ἀκόλουθον τοῦ παντός. concedens, ut huius decoris spectator fiat, et mox eius cladis testis futurus, ita ut tunc non habeat infinitatem consentaneam universo.* Quo autem haec verba respiciant, divinare nunc est. Docuit Epicurus, *τὸ πᾶν, universum,* aeternum esse. Sic ad Herodotum §. 39. *καὶ μὴν καὶ τὸ πᾶν ἀεὶ τοιοῦτον ἦν, οἷον νῦν ἐστι, καὶ ἀεὶ τοιοῦτον ἔσται.* ad haec infinitum esse. Sic ad eundem Herodotum §. 41. *ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ πᾶν ἄπειρόν ἐστι.* Cur autem *τὸ πᾶν* infinitum reputari debeat, ita ibidem arguit: *τὸ γὰρ πεπερασμένον ἄκρον ἔχει· τὸ δὲ ἄκρον ἔχον παρ' ἑτέρου τινὸς θεωρεῖται· τὸ δὲ πᾶν οὐ παρ' ἑτέρου τινὸς θεωρεῖται, ὥστε οὐκ ἄκρον ἔχει· τὸ δὲ οὐκ*

ἄκρον ἔχον πέρας οὐκ ἔχει· πέρας δὲ οὐκ ἔχον ἄπειρον ἂν εἴη καὶ οὐ πεπερασμένον· καὶ μὴν καὶ τῷ πλήθει τῶν σωμάτων ἄπειρόν ἐστι τὸ πᾶν, καὶ τῷ μεγέθει τοῦ κενοῦ. Quod argumentum sic carmine reddidit Lucretius Lib. I. vs. 957:

Omne quod est igitur nulla regione viarum
Finitum est; namque extremum debebat habere:
Extremum porro nullius posse videtur
Esse, nisi ultra sit, quod finiat, ut videatur,
Quo non longius haec sensus natura sequatur.

Praeterea mundos, quos numero infinitos adstruebat, tempore finitos esse et dissolutioni obnoxios affirmavit. En quomodo ad eundem Herodotum §. 73. τοὺς κόσμους δεῖ, καὶ πᾶσαν σύγκρισιν πεπερασμένην, τὸ ὁμοειδὲς ταῖς θεωρουμέναις πυκνῶς ἔχουσαν, νομίζειν γεγονέναι ἀπὸ τοῦ ἀπείρου πάντων τούτων ἐκ συστροφῶν ἰδίων ἀποκεκριμένων καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων· καὶ πάλιν διαλύεσθαι πάντα, τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ βραδύτερον. Adnotat porro hoc in loco Laërtius: δῆλον οὖν, ὡς καὶ φθαρτούς φησι τοὺς κόσμους, μεταβαλλόντων τῶν μερῶν· φησὶ δὲ καὶ ἐν ἄλλοις. Hoc igitur comma unum e pluribus locis esse remur, ubi eam doctrinam inculcavit. Quomodo autem huc devenerit, cum de meteoris disputaret, quis divinaverit? Tota certe sententia sic fortasse procedebat. *Mundus hic adspectabilis, sicut ceterae omnes concretiones, infinitus esse non potest, quando dat spectatori facultatem videndi praesentem suum decorem, et mox suae ruinae testem esse, sive prius, sive posterius: ita ut non possit tali in statu ad ipsum pertinere immensitas, quae uni convenit universo.*

Haud scio autem an eruditus lector in voce δύης haesitavit, cum ea nusquam nisi apud poetas occurrat: quod ipsum diu nos ab huiusmodi lectione deterruit. Sed cum nihil aliud ab initialibus apparentibus extundi posset, cumque hoc unum ῥῆμα praecedenti τιμῆς belle responderet, huic lectioni tandem adquievimus. Ecquis autem omnes veteres scriptores prae manibus habeat, ut pro certo affirmet, eam vocem prosatoribus penitus ignotam fuisse? Profecto nec veteres Lexicographi hanc vocem inter poeticas amandarunt. Sed esto: sit omnino poetica. Epicurum dictionis

puritati atque elegantiae non vehementer incubuisse novimus; quinimo suos discipulos inconditum quoddam scribendi genus docuisse videtur, ut animadvertit Tullius Orat. in L. Pison. C. 29. et alia inusitata vel obsoleta vocabula saepe usurpasse ex hoc ipso libro satis evincitur, uti in scholiis observabimus. Potuit denique alicui noto carmini adludere atque eius verba usurpare, quandoquidem et praecedens vox τιμῆς poeticum quid olet. Lucretius profecto hac de re Lib. II. vs. 1143. stylum attollens cecinit:

Sic igitur magni quoque circum moenia mundi
Expugnata dabunt labem putresque ruinas.

Fragm. 4. ἀπαντᾷν ἢ μὴ λήρους ἀπαντᾷν· ἀπ' αὐτοῦ δὲ μὴ ἀπαντᾷν λήρους, ἢ ἂν τόδε χρέος ἀπαντᾷν· ὥστε ὅσους ποιοῦντας ὁμόφωνον φύσει λόγον, καὶ μὴ παρὰ φύσιν. *occurrere vel non occurrere nugas; ex hoc ipso autem, quod non occurrant nugae, fieri posset, ut utile quid occurreret. Itaque quicumque consonam naturae rationem inveniunt, et non contra naturam.* Quae verba sic lecta procul dubio notam Epicuri doctrinam respiciunt, quo scilicet pacto is τῶν μετεώρων phaenomena explicanda esse doceret. Putabat enim, varias sine erroris nota eiusdem phaenomeni rationes reddi posse, dummodo ne quid impossibile vel phaenomenis illis absonum admitteretur. Sic ad Pythoclem §. 93. scribebat: ἐάν τις ἀεὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων μερῶν ἐχόμενος τοῦ δυνατοῦ εἰς τὸ σύμφωνον τοῖς φαινομένοις ἕκαστον τούτων δύνηται ἀπάγειν, μὴ φοβούμενος τὰς ἀνδραποδώδεις τῶν ἀστρολόγων τεχνητείας. et infra §. 113. τὸ δὲ μίαν αἰτίαν τούτων ἀποδιδόναι, πλεοναχὴν τῶν φαινομένων ἐκκαλουμένων, μανικὸν, καὶ οὐ καθηκόντως πραττόμενον ὑπὸ τῶν τὴν ματαίαν ἀστρολογίαν ἐζηλωκότων, καὶ εἰς τὸ κενὸν αἰτίας τινῶν ἀποδιδόντων. Quae in loca vide Gassendum et Menagium. Cum igitur hoc in libro de Meteoris ageret, procul dubio eandem doctrinam inculcavit; ut videre est in hisce, quae supersunt, paginis. Huius ergo abscissi commatis, ni fallor, sententia est: *Qui phaenomenis diligenter attendit, et uni systemati non mordicus adhaeret, vel huic veritas occurrit, vel certe non incidet in nugas; ex hoc ipso autem, quod in nugas non incidat, fieri potest, ut verum sibi occur-*

rat. Itaque quicumque rationem naturae consonam reddunt, et non contra naturam, veritati accedunt.

Fragm. 5. εἶναι τὸν ῥωμοιωμένον τῷ τοῦ τυμπάνου ἐκτμήματι· καὶ οἱ μὲν δὴ οἱονεὶ τοίχους τοὺς κύκλῳ ἐπενόησαν ὑπάρχοντας τῇ γῇ κατὰ τῆς δινήσεως. *esse (mundum) tympani segmento similem; et illi quidem quasi muros in gyro commenti sunt circa tellurem esse positos adversus coelestium corporum circumactionem.* Quonam haec verba referri debeant, vide sis, quae in Scholiis ad Col. I. v. 8. adnotavimus.

Fragm. 6. ἐν ταῖς μεταβάσεσιν ὅμοιον εἰπεῖν πάλιν, εἰ το ἄνω αὐτῆς κεφαλῆς ἀρτίως εἶχε, τοῦτο ὑπὸ ποσὶν αἰσθάνοιμεν κατὰ τὴν μετάβασιν, ἐὰν . . . . . *idem in transitionibus rursus dicendum est, si quod modo fuit supra nostrum caput, hoc idem sub pedibus esse sentiamus propter loci mutationem, cum* . . . . . . Hoc itaque κόμμα, quod propius est ab initio columnae primae, quum interpretandum adgredimur, eidem vicissim lumen praebet et recipit. Vide Schol. in Col. I. v. 1.

Haec, erudite lector, in antecessum didicisse iuverit, quo instructior ad reliqua accedas. Totius autem libri argumentum, et integrum orationis filum, quoad coniicere licuit, in Commentario de more dabimus. Nunc ad eius lectionem et interpretationem accedamus, in quibus non minimum egregii iuvenis Angeli Antonii Scotti opera ac diligentia nos iuvit.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΙΑ.

Columna I.

Cap. I. ...ur et ...nomo- ...o terra ...medio ...undo ...t posi- ...l.

. . . . ὑπὸ ποσὶν αὐτῷ φαινομένου κατωτέρω.

Τοῦτο οὖν, ὃ ἥσει ὁ νῦν ἀναβὰς ὑπὸ ποσὶν, ἔλαβεν πρότερον ὑπὲρ κεφαλῆς ὢν ἀντικρύ. Παρὰ τὸ οὖν Φημὶ ἐν μέσῳ εἶναι τὴν γῆν τοῖς τόποις ὑφὴν, καὶ πρὸς τοῦ κέντρου περιέχοντος τοῦ παντὸς, καὶ τόδ' ἐγκοιλάναι ἄνω καὶ κάτω· ἄλλους δὲ παρὰ γῇ φραγμοὺς εἰς τοῦτο συναπτομένους εἶναι· καίτοι οὕτω στρογγύλον ποι τηρήσασθαι κόσμον, καὶ τὴν γῆν ἐν μέσῳ· ὥστε πάντα κατὰ σχῆμα κώλων κοινὴν πάντοσε μορφὴν τηρῆσαι.

. . . . sub pedibus ipsi apparentis inferius. Illud igitur, quod sub pedes mittet, qui nunc adscendit, suscepit prius supra caput, cum in parte opposita consisteret. Propterea igitur dico, in medio locorum positam esse tellurem gibbosam; et ad centrum universi circumpositi, atque hoc incurvari superius et inferius; aliaque circa terram sepimenta in eandem formam connexa esse; atque hoc pacto rotundum quodammodo servari mundum, et terram in medio; ita ut omnia ad instar membrorum communem omni ex parte formam servent.

Col. II.

συμφώνων τοίχους ἐν κύκλῳ ποιήσαντες, ἵνα μὴ ἄξωσιν ἡμᾶς πρὸς τὴν δίναν· ὡς ἔξωθεν αὐτῆς περιφερομένης πᾶσιν ἡμῖν κεφαλῆς πάντοτε συμπεριαγούσης φαινόμενον . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . καίτοι οὐ διωρισμένων τῶν δυνάμεων, τῶν ἐν τῇ γῇ ὑπαρχόντων, οὐχὶ δυνατόν ἐστι τὰς αἰτίας δεῖξαι· οἶμαι καὶ ὁμοίως μάταια πονεῖν.

simul conspirantium, quae muros iu gyro constituant, ne rapiamur in vorticem. Quippe si ipsa externo impulsu circumferretur, cunctis nobis capite semper circumeunte, phaenomenon . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

atqui non definitis viribus, quae in tellure existunt, nequaquam possibile est causas aperire. Adhaec puto aeque frustra laborare . . . .

Col. III.

ὡς ἀληθῶς συλληφθείη περὶ τῶν ὑποκειμένων ἐπάλλαγμα βέβαιον· ὅτι καίπερ αὐτοῦ τοῦδ' ἀτελευτήτου ἢ ἄνω, ἢ κάτω, τοιαύτην ὑφ' ἓν ἔχει κατάστασιν οἰκοδομῆς.

Non enim, ut verum fateamur, concipi posset in subiectis corporibus constans motus vicissitudo: quoniam, quantumvis motus ipse perpetuus sit, coniunctam sibi tamen, sive superius, sive inferius, *illa corpora* habent talem aedificationis compagem.

Col. IV.

(Vide Notas.)

Col. V.

ἀνατέλλων ἀνατείνοντες εἰς τὸ μέρος τῆς πάσης γῆς, οὗ μετέβημεν, ἐκ τούτου ἡμῖν δυόμενος φαίνεται, οὐδὲ πολλὴν ἐνίοτε πάνυ γῆν μεταβεβηκόσιν· ἀλλ᾽ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν αὐτοὺς πλαγιασμοὺς ἀρτίως ὁρᾶσθαι. Τὸ γὰρ τὴν ἐνθένδε καταστάθμησιν, ἢ τὴν ἐνθένδε . . . . ἐκτραπέσθαι ἡμῖν δείκνυσιν ἀλλοίαν καταστάθμησιν τῶν ἀνατολῶν, καὶ δύσεων. Ὥστε καὶ συνβιαῖον εἶναι ἂν εἰκότως οἶμαι.

si, cum sol oritur, retro tendamus in aliquam telluris partem; ex eo loco, quo transivimus, idem nobis occidere videtur, etsi non multum interdum telluris transgressi fuerimus: sed ibidem non licet easdem obliquationes exacte inspicere. Conversio enim regulae hinc inde varia nobis ostendit puncta cum ortus, tum occasus. Itaque et conveniens esse iure autumo.

Col. VI.

Cap. II. Quomodo physiologus de meteoris iudicare debeat.

. . . . ὁμοίωμά τι λαβόντες συλλογίζεσθαί τι περὶ τούτων. Τὰ μὲν γὰρ περινοοῦντες, οἶμαι, λέγω δὲ τὰ ὄργανα, ἐν δὲ τοῖς κηλοῦντες αὐτοὺς, οὐ μόνον κατὰ τὰς ἐμποδείας, τὰς ὑπὸ τῶν δινευμάτων αὐτοῖς παραγινομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ τῶν φασμάτων τῶν τοῦ ἡλίου ἀοριστείας ἀνατολῶν, καὶ δύσεων εἰκότως οὐ διανοίᾳ δύνανται ὑπὸ τῶν ὀργάνων οὐθὲν ἀπαρτίζον τῇ διανοίᾳ ὁμοίωμα λαβεῖν. Ἀλλότριον μὲν γὰρ

imaginem quamdam accipientes, aliquid de his arguendo concludere. Quibusdam enim nimio plus attendentes, arbitror, (oculis inquam,) in aliis vero semet ipsi decipientes, non solum propter impedimenta, quae sibi a corporum rotatione obveniunt, sed etiam propter ea, quae ab infinitis apparentiis ortus et occasus solis proveniunt; iure, inquam, nullam ipsi mente possunt ab oculis adaequatam rationi imaginem accipere. Alienum est enim

Col. VII.

προσποίημα καταλείπει, καὶ παράβασιν τοῦ τὰ ἐπὶ τοῦ ὀργάνου δείγματα τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν κατασκευάζειν τοῖς κατὰ τὰ μετέωρα φαινομένοις. Διοριστέον γὰρ οἶμαι πρῶτον τὸν εὐφρονοῦντα, ὅτι διαλέγεται, ὅταν περὶ τοῦ κόσμου διαλέγηται, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ φαινομένων, ἢ περὶ φάσματός τινος ἐκ μετεωροτάτων τινῶν, τῶν κάτοψιν ἀναπεμπομένων πρὸς ἐπιγείους ἐπ' αὐτῇ τῇ γῇ, διότι εἴσωπος

opinionem falsam, atque abnormem retinet, quod nempe ea, quae sub nostrum sensum aperte cadunt, eamdem proportionem exhibeant, atque ea, quae circa sublimia corpora apparent. Distinguere enim, ut puto, in primis vir sapiens debet id, de quo disputatur, cum scilicet de mundo disputet, et de iis, quae in mundo visuntur, vel de aliquo portento e sublimissimis corporibus provenienti, quae sui visionem remittunt ad terrigenas in ipsa terra: propterea quod ob oculos habens

Col. VIII.

δ' ὅταν, οἶμαι, ἐπὶ τὸ ὑποκείμενον βλέπων τύχῃ, καὶ μὴ διορῶν τό τε κατὰ τὸ ὑποκείμενον λεγόμενον, καὶ τὸ κατὰ τὸ περιλαμβανόμενον ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου. Πολλαὶ δὲ ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου διαδικασίαι γίγνονται οὐ μικρόταται δή· ὅτι τοῦ κόσμου εἰκότως ἀδημονεῖ ὑπὸ τῶν περὶ τοῦ ἡλίου ἀρτίως ῥηθέντων ἀνατολῶν, καὶ δύσεων. Χαλεπὸν μὲν γὰρ καὶ τλῆμον ἐστὶν ἕκαστα ἰδεῖν τῶν φασμάτων

cum, ut reor, subiectum forte inspiciat, neque discernat, quod de subiecto enunciatur, et quod de eo, quod subiectum ipsum comprehendit. ❡ Multae vero e subiecto disceptationes oriuntur non minimi quidem momenti, videlicet: quaenam mundi partes aeque male adficiantur ab iis, de quibus nuper dixi, solis ortu et occasu. Difficile enim et audax est opus singulas observare adparentias

Cap. III. An solis circumactio alias mundi partes adficiat.

Col. IX.

ἡμῶν μὴ ἐναντίας ἀνατολῆς καὶ δύσεως βουλόμεθά τι συνάψαι φάσμα τούτοις ἐμπερινενοημένον· ἐκ τοῦ ὑποκειμένου γὰρ ληπτέον φοράν τινα τῇ διανοίᾳ ἡλίου καὶ σελήνης πρὸς ἀνατολὴν καὶ δύσιν· καὶ οὐ τὴν αὐτὴν γιγνομένην. ἀπαρτίως φατέον εἶναι κατά γε δὴ τὸ ὑποκείμενον· καὶ ἔτι δέομαι μὴ προσποίημα ἑτέρωθι μὲν

nostrum, nec cum nobis ortus et occasus solis videndus occurrat, velimus portentum aliquod studiose excogitatum ipsis adnectere. E subiecto enim concipi mente potest aliqua solis vel lunae motio versus orientem et occidentem, non tamen ipsa motio, quae succedit, dici potest esse secundum subiectum. Atque adeo rogo, ne quis inventionem, aliqui quidem audacem

Col. X.

Cap. IV. Cur terra stet immobilis neque a solis rotatione adficiatur.

. . . . ὑπό τινος διαστήματος ὁριζομένης· οὕτω γὰρ ἀσφαλέστερον ἡ διάνοια τὴν μονὴν τῇ γῇ λήψεται, καὶ συμφωνότερον τοῖς κατὰ τὰς αἰσθήσεις φαινομένοις· πυκνότητα δὲ τὴν κάτω παρὰ γῆν παχεῖαν αὐτὴν ἐναντίον τῆς ἄνωθεν δίνης εἶναι πρὸς τὴν ὑπέρεισιν τοῦ μὴ φέρεσθαι τὴν γῆν τὴν κάτω, ὅταν ἀναλαμβάνει ἡ πυκνότης πανταχόσε. οὐθὲν γὰρ ἡμῖν ἐστὶ, δι' οὗ περιφορὰ ἡλίου πάντα ἐνοχλήσῃ.

certo quodam intervallo disterminatae. ¶ Enimvero hoc pacto securius mens telluri mansionem convenire assumet, et congruentius his, quae sensibus apparent; spissitudinem vero, quae inferius secus terram crassa est, quaeque superiori vortici opposita, inservire ad fulcimentum, ne terra inferius posita feratur, quamdiu eam recipit spissa materies undique circumfusa. Nulla enim nobis adest ratio, cur solis circumlatio omnia turbare debeat.

Col. XI.

δεήσεσθαι· πανταχόθεν γὰρ ἴσον ἀπέχουσαν οὐθαμῆ ἐριπεῖν δυνήσεσθαι. Ὃ γὰρ ὑπὸ τῆς τοῦ ἀέρος φύσεως αὐτῇ ὑπάρχει, τόδε πανταχόθεν ὁμοιοστελλομένην ἴσον διέχειν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ πανταχόσε. Τί δὲ ἀπερεῖ τοιαύτην ποτὲ ἐν μέσῳ κεῖσθαι τοῦ κόσμου, ὅπερ οὐκ ἀδύνατον εἶναι; Καίτοι καὶ οὐκ ἦν τοῦτο ἄτοπον τῆς μονῆς αἴτιον, βεβαίου τόπου τὸ παρασκευαστικόν. Τὴν γὰρ ἰσότητα, ἢ τὸ ὁμοιόστολον πανταχόσε δέρμα . . . .

fore ut indigeat; quum enim unde unde aeque distans sit, *concipere debemus* nullatenus futurum, ut decidere possit. Quod enim ex aëria natura ipsi adest, hoc *reputandum* est illam undecumque pariter amictam aeque disterminare a coelo quoquoversum. Quid autem vetat *opinari*, talem aliquando in medio iacuisse mundo; quandoquidem id impossibile non esse *cognoscimus*? Et vero non esset haec absurda mansionis causa, stabilis nempe loci praeparatio. Aequalitatem enim, sive tegumentum, quo undecumque amicitur . . . .

Col. XII.

. . . . . . σοφώτερον ἦν τοῦτο εἰπεῖν αἴτιον εἶναι, τὴν δὴ ἰσότητα· εἴπερ αὐτό ποτε τὸ μένειν αὐτὴν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ κόσμου αἴτιόν ἐστιν τοῦ μένειν καὶ αἰθέρι χοῦσθαι, ὡς οὐδ' ἐξ ἐπιῤῥόων ἐλέσθαι. Ἢ τὸ ἐλεῖν οὖν ἄπεστι δι' ἀνάλογον ῥόον, τὸν τὰς αὐτῷ συμφώνων ποτὲ ταύτων ἀέρων ὑπερείσεις πεποιηκότα· ἢ διὰ τὰς τῶν προσηλαμένων ἀλλοιότητας, ὡς ἂν καὶ τ' ἀποτύπους ὀρθῶς ἐξαχθῶσιν. Ὅτι δ' ἐνδέχεται ἕτερον τούτων εἶναι

sapientius foret dicere hanc esse causam, nempe aequalitatem; siquidem hoc ipsum, quod aliquando illa manserit in medio mundo, causa est, cur maneat, atque aëre velut aggere cingatur ita, ut neque ex influentibus evertatur. Aut igitur eversio abest propter consentaneum fluxum, qui ex aëriis particulis tam apte congruentibus fulcimenta comparavit, aut propter incurrentium corporum diversitates, quapropter etiam percussiones facile possunt repelli. Cum autem alterum horum admittitur esse

Col. XIII.

Πάντα γὰρ τιθέμενα παρ' ἀλλότριον αὐτῶν συναφὲς εἶδος διέφθαρται· ὅπερ καὶ περὶ εὐόδων ἐπὶ φορὰν εἰδώλων μὲν ἔφην ἐν αὐτῇ τῇ βίβλῳ βῆται. Ὃ ἡμῖν περὶ τῆς ἐξαρχῆς ὑποθέσεως εἰρήσθαι ἔδει. Ἐν δὲ τοῖς ἐχομένοις καὶ περὶ τῶν μετεώρων τούτων ἔτι προσεκτικῶς ἐροῦμεν.

Cuncta enim, cum posita sunt iuxta contiguam speciem naturae a se alienae, corrumpuntur: quod et de expeditis ad motum simulacris dixi in ipso secundo libro. Quod nobis primum de proposita quaestione dicendum erat. In sequentibus autem de huiusmodi quoque meteoris accuratius dicemus.

CAROLI ROSINII

ET

EDITORIS

ANNOTATIONES

IN

EPICVRI

FRAGMENTA LIBRORVM

II. ET XI.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

IN LIBRVM II.

COLVMNA I.

v. 2. φορὰν] *Φορὰν* appellat motum illum, quo εἴδωλα, h. e. *corporum simulacra* ab ipsis avulsa per aërem feruntur, quem celerrimum esse demonstrare aggreditur. Sic et passim ea voce utitur in Epistola ad Herodotum apud Laërtium. *Φορὰ* enim (ut recte adnotat H. Stephanus in suo Thesauro,) *interdum dicitur de eo quod fertur cum impetu, unde et quamdam impetus significationem habet.* Hinc, ut infra idem Lexicographus docet, sumitur φορὰ et *pro impetu naturae ad aliquod incitatae*, ut apud Plutarchum in Themistocle: ἔτι δὲ παῖς ὢν ὁμολογεῖται φορᾶς μεστὸς εἶναι. *constat, puerum etiamnum ardoris animi plenum fuisse.* Eiusmodi significationem cum non animadvertisset Olearius, mirifice hallucinatus est in reddendis Philostrati verbis in vita Apollonii Lib. VII. Cap. 4. ubi sic loquitur Philostratus: *Ὁ δ', ὥσπερ τῷ Σοφοκλεῖ πεποίηται πρὸς τὸν Οἰδίπουν ὁ Τειρεσίας ὑπὲρ ἑαυτοῦ λέγων· οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ· οὕτω τὴν σοφίαν δέσποιναν πεποιημένος ἐλεύθερος ἦν τῆς Δομετιανοῦ φορᾶς, τὰ Τειρεσίου τε καὶ Σοφοκλέους ἑαυτῷ ἐπιθεσπίσας, καὶ δεδιὼς μὲν οὐδέν.* Ipse autem vertit: *Apollonius vero, quemadmodum a Sophocle fingitur Tiresias apud Oedipum de se dixisse: Apollinis vivo minister, non tuus: ita et ipse dominam sequutus sapientiam, ex iis erat, qui libertatem Domitiani aevo tuebantur, Tiresiae Sophoclisque verba sibi dicta existimans, nihilque sibi metuens ipsi.* In subiecta vero annotatione sic ait: „*Eunapius Vit. Sophist. p. 5.* τὴν ἐν τῷ μέσῳ φορὰν σοφιστῶν *memorat. ut itaque* σοφιστὴν *diceres* τῆς ἐν τῷ μέσῳ φορᾶς, *eum, qui media aetate floruerit, sic* ἐλεύθερον τῆς Δομετιανοῦ φορᾶς *esse puto hominem vere liberum, qui aetate Domitiani extiterit, et, ut ad verbum magis exponam, qui sit ex genere liberorum, quos Domitiani tulit aetas.*" Nugatur haec quidem Olearius, et quae adfert, ἀπροσδιόνυσα prorsus sunt. Etenim ἡ φορὰ τῶν σοφιστῶν ἐν τῷ μέσῳ apud Eunapium nihil aliud est, quam *copia sophistarum ubique occurrentium;* ut apud Aeschinem φορὰ ῥητόρων, et itidem apud Plutarchum φορὰ σοφιστῶν, quod discere licet e Lexicis. In Philostrati autem loco ἡ Δομετιανοῦ φορὰ idem valet ac *impetus naturae Domitiani*, qua liberum fuisse Apollonium praedicat, quippe qui nihil timeret, δεδιὼς μὲν οὐδέν;

De Domitiani enim violento ingenio ita Dio Cassius initio libri LXVII. in Domitiano: *Δομιτιανὸς δὲ ἦν μὲν καὶ θρασὺς, καὶ ὀργίλος, ἦν δὲ καὶ ἐπίβουλος, καὶ κρυψίνους· ὥστε ἀφ᾽ ἑκατέρων, τῶν μὲν τὸ προπετὲς, των δὲ τὸ δόλιον ἔχων, πολλὰ μὲν ὡς σκηπτὸς ὀξέως ἐμπίπτων τισὶν, ἐλυμαίνετο, πολλὰ δὲ καὶ ἐκ παρασκευῆς ἐκακούργει.* [*Rosin.*]

v. 3. *ταχύτητος*] Etsi de celeritate *ἁπλῶς* verba se facturum spondet, tamen quo minus *de idolorum celeritate* sermonem instituat, quae sequuntur dubitare non sinunt. Palam igitur fit, in praecedentibus, quae desunt, de idolis *γενικῶς* pertractasse, h. e. de ipsorum natura et creatione, ut ex Laërtio et Lucretio discimus. Hinc Poeta sic Epicuri transitionem, in quam commentamur, *παραφράζει* Lib. IV. v. 177:

Nunc age, quam celeri motu simulacra ferantur
Et quae mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita sit, longo ut spatio brevis hora teratur,
In quemcunque locum diverso numine tendunt,
Suavidicis potius, quam multis versibus edam. [*Idem.*]

v. 5. *ἡ λεπτότης*] De simulacrorum tenuitate procul dubio disseruerat: nunc autem ex ipsamet tenuitate eorum celeritatem adsumit. [*Idem.*]

v. 6. et seq. *μακρὰν τῆς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων λεπτότητος ἀπέχουσα*] Idem Epicurus in Epistola ad Herodotum apud Laertium Lib. X. §. 46. sic eandem sententiam expressit: *καὶ μὲν καὶ τύποι ὁμοιοσχήμονες τοῖς στερεμνίοις εἰσὶ, λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων.* Hinc Lucretius Lib. II. v. 312:

Omnis enim longe nostris ab sensibus infra
Primorum natura iacet.

et Lib. IV. v. 730. sic cecinit:

Tenuia quae facile inter se iunguntur in auris,
Obvia cum veniunt, ut aranea bracteaque auri:
Quippe enim multo magis haec sunt tenuia textu,
Quam quae percipiunt oculos, visumque lacessunt.

Huiusmodi autem tenuitatem atomorum incredibili parvitate arguebat Epicurus, utpote quas nulla magnitudine praeditas aiebat, teste Laertio Lib. X. §. 44. *πᾶν τε μέγεθος μὴ εἶναι περὶ αὐτάς· οὐδέποτε γοῦν ἄτομος ὤφθη αἰσθήσει.* Quapropter Lucretius Lib. IV. v. 109:

Nunc age, quam tenui natura constet imago
Percipe. Et in primis, quoniam primordia tantum
Sunt infra nostros sensus, tantoque minora,
Quam quae primum oculi coeptant non posse tueri. [*Idem.*]

v. 9. *τῶν εἰδώλων*] Quid *τῶν εἰδώλων* nomine intellexerit Epicurus, ipsemet explicat in superius citata Epistola ad Herodotum,

ubi cum dixisset (§. 46. ap. Laert. 13. ed. Schneider. O.), esse in Natura τύπους ὁμοιοσχήμονας τοῖς στερεμνίοις, et de eorum generatione locutus esset, concludit: τούτους δὲ τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν. Hinc Lucretius Lib. IV. v. 34:

. . . . verum simulacra vocamus,
Quae quasi membranae summo de corpore rerum
Deceptae volitant ultro citroque per auras.

et v. 46:

Dico igitur rerum effigies tenueisque figuras
Mittier ab rebus summo de corpore earum,
Quae quasi membrana vel cortex nominitanda est,
Quod speciem et formam similem gerit eius imago,
Quoiuscunque cluet de corpore fusa vagari.

Atque adeo adposite Tullius de Finibb. Lib. I. Cap. 6. *imagines, quae idola nominant, quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus.* [*Rosin.*] Gellius v. 16. *Epicurus affluere* (an *effluere?*) *semper ex omnibus corporibus simulacra quaedam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre, atque ita fieri sensum videndi putat.* Conf. Macrob. Saturn. VI. 14. et Cicero Lib. II. ad Att. Epist. 3. [*O.*]

ἀνυπέρβλητον] Eandem sententiam eodem vocabulo sic idem Epicurus expressit in Epistola ad Herodot. ap. Laert. Lib. X. §. 47. ὅτι τὰ εἴδωλα ταῖς λεπτότησιν ἀνυπερβλήτοις κέχρηται, ᾧ μηθὲν ἀντιμαρτυρεῖ τῶν φαινομένων, ὅθεν καὶ τάχη ἀνυπέρβλητα ἔχει. [*Rosin.*]

COLVMNA II.

v. 2. Mutilam illam vocem τως, quae initium facit huius columnae, residuum esse vocis ὑπερβαλλόντως in praecedenti adpictae, nemo erit qui dubitet: siquidem mox adsumit εἰ δ' ὑπερβαλλόντως κοῦφα. Quomodo autem haec columna cum praecedenti consarcinari queat, vide commentarium. [*Rosin.*]

v. 3. κοῦφα] E simulacrorum levitate celeritatem oriri, sic ex Epicuri mente cecinit Lucretius Lib. IV. v. 184:

Principio persaepe leveis res atque minutis
Corporibus factas celereis licet esse videre.
In quo iam genere est solis lux, et vapor eius,
Propterea quia sunt e primis facta minutis,
Quae quasi truduntur perque aëris intervallum
Non dubitant transire sequenti concita plaga.
Suppeditatur enim confestim lumine lumen,
Et quasi protelo stimulatur fulgure fulgur.
Quapropter simulacra pari ratione necesse est
Immemorabile per spatium transcurrere posse

v. 8. τὸ σῶμα ἀναφύσει τὸ σχῆμα] τὸ σῶμα intelligo corpus ex concursu atomorum conflatum, quarum singulae ob minutiem suam fugiunt oculorum aciem, sed in corpus congregatae figuram repraesentant cernendam oculis. [*O.*]

v. 10. τῷ στερεμνίῳ] Solemne Epicuri vocabulum, quo resistentia corpora designabat, ut distingueret ab iis, quae corpora quidem esse aiebat, sed minime resistentia, ut idola et Deorum corpora. Quare Tullius de Natura Deorum Lib. I. Cap. 18. sic Velleium loquentem inducit: *Deorum naturam . . . . . nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quae ille* (Epicurus) *στερέμνια appellat.* Idem passim infra invenies. [*Rosin.*]

v. 10. λείῳ] Hariolando quidem hoc ἐπίθετον ad lacunam implendam induximus: hariolationis tamen rationem accipe. Novimus Epicurum docuisse, avolantes corporum membranas, sive idola singillatim minime conspicua esse. Relege sis eius verba, quae ad v. 1. huius columnae recitavimus ex recensione Ignatii Rossii, ubi idem sic opportune commentatur: *Haec fuisse Epicuri mens mihi videtur, nos scilicet formas e corporibus perpetuo fluentes minime cernere, quia, cum idem in iis, atque in corporibus unde existunt, ordo sit ac situs elementorum, singulaeque illarum partibus istorum singulis directe respondeant, non ipsas imagines quidem, sed solidum corpus, in quod oculos dirigimus, ductu imaginum conspicimus. Manet vero diutius in his eadem corpusculorum positio ac partium structura διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν: quod nempe unam effigiem altera continuo sequitur, eiusque vices ac locum veluti supplet, itaque eam fulcit ac sustinet, uti ipsa vicissim a tertia, haec autem a quarta, ceterae item a consequentibus deinceps excipiuntur ac sustentantur: series vero tota solido ipso, ex quo procedit, innititur.* Hinc Lucretius canebat Lib. IV. v. 257:

Illud in his rebus minime mirabile habendum est,
Cur ea, quae feriunt oculos simulacra, videri
Singula cum nequeant, res ipsae perspiciantur.

Attamen aliquando videri posse idem Poeta Epicuri interpres docet: cum scilicet in corpora densa et laevigata, ut speculorum aequor, offendunt. Sic ibidem v. 103:

Sunt igitur tenues formarum consimilesque
Effigies, singillatim quas cernere nemo
Cum possit, tamen assiduo crebroque repulsu
Deiectae reddunt speculorum ex aequore visum.

Atque huius rationem phaenomeni sic reddit ibid. v. 146:

Semper enim summum quidquid de rebus abundat,
Quod iaculentur, et hoc alias cum pervenit in res
Transit; ut in primis vestem: sed in aspera saxa,

Aut in materiem, ut ligni, pervenit, ibi iam
Scinditur, ut nullum simulacrum reddere possit.
At cum, splendida quae constant, opposta fuerunt,
Densaque, ut in primis speculum est; nihil accidit horum,
Nam neque, uti vestem, possit transire; neque ante
Scindi, quam meminit laevor praestare salutem.
Quapropter fit, ut hinc nobis simulacra genantur:
Et quamvis subito, quovis in tempore, quamque
Rem contra speculum ponas, apparet imago.

Cum igitur heic doceat Epicurus, videri non posse secretiones, sive avolantia simulacra, donec incursent solido, profecto, nisi suppleas ἐπίθετον, quod solidi qualitatem definiat, cui datum est simulacra reddere, invenies eum tum phaenomenis, tum discipulo (Lucretio) mirifice repugnantem. Cum enim omnia simulacra avolantia solidis offendant, cuncta singillatim forent conspicua, quod ipse merito denegat. Nullum igitur opportunius ἐπίθετον ad modicam lacunam supplendam succurrit, quam λείῳ. Hinc habes etiam nostri supplementi in duabus postremis columnae lineis rationem et nexum cum sequentibus, prout in Commentario leges. [*Idem.*]

v. 11. τὰς συνιζήσεις] Cum praecedens participium προσκρουσάσας substantivum nomen requirat, quicum cohaereat, restituendas mutilas voces τ.. συνι.... duximus τὰς συνιζήσεις. Idem enim verbum minus decurtatum recurrit Col. V. v. 12. ..νιζη.... Quid autem heic sit συνίζησις et cur reddendum duxerimus *secretionem*, operae pretium est expendere. Vox quidem obvia est apud Grammaticos, qui, sicubi binae vocales coalescunt, συνίζησιν appellant. Proprie autem est *sedimentum*, vel *considentia terrae*, ut Lexicographi annotant, idem quod a Tullio dicitur *labes*, cum scilicet terrae pars aliqua subsidit et alteri adhaeret. Atque hoc quidem sensu a Dione Cassio accipitur verbum συνίζειν Lib. LXVI. 21. cum de Vesuvii conflagratione sub Tito verba facit: ἐκ δὲ τούτου, ἐκείνων μὲν ἀκαύστων ἀεὶ ὄντων, τῶν δὲ ἐν τῷ μέσῳ κραιρουμένων καὶ τεφρουμένων, αἱ περὶξ κορυφαὶ τὸ ἀρχαῖον ὕψος ἐς δεῦρο ἔχουσι· τὸ δὲ ἔμπυρον πᾶν, δαπανηθὲν ἐν τῷ χρόνῳ, κοῖλον ἐκ τοῦ συνίζειν γέγονεν. Hinc vides, συνίζησιν habere eam vim, ut dicatur de corporis parte, quae decidendo abscedit, et cum alio corpore, ad quod decurrit, coalescit. Recte igitur τὸ συνίζειν dici potest de atomorum texturis, sive membranis, quae continenter a solidis corporibus defluunt, et quasi labentes vel cadentes recedunt, ad proxime antecedentes feruntur, et cum ipsis considuunt. Quare Lucretius verbum cadere hoc sensu usurpavit Lib. IV. v. 63:

Nam cur illa cadant magis ab rebusque recedant,
Quam quae tenuia sunt, hiscendi est nulla potestas.

et v. 145:

Perpetuoque fluant ab rebus lapsaque cedant.

Et v. 87. secreta appellat huiusmodi membranas, quae a corporibus defluunt et singillatim videri nequeunt:

Quae vulgo volitant subtili praedita filo
Nec singillatim possunt secreta videri.

Habes autem in hisce Lucretii verbis ipsam, quam heic Epicurus tradit doctrinam; ut verbum verbo appendisse sategerit. Quare non abnues eius sententiam nobiscum restituere: εἰδεῖν τὰς συνιζήσεις οὐκ ἔστιν. *conspicere secretiones non licet.* [*Idem.*]

COLVMNA IV.

v. 1. μαρτυρεῖται φαινομένοις] Quid exploratum esse in phaenomenis dicat, incertum sane est, cum praecedentia desint. Attamen dubitare minime possumus, quin phaenomenon eiusmodi sit, unde, posita simulacrorum doctrina, eorum celeritas incredibilis magis magisque conspicua fiat. Hoc autem aliud esse nequit, quam quod Lucretius Epicuri interpres ad idem ostendendum assumit Lib. IV. v. 157. phaenomenon nempe speculorum imaginem statim reddentium:

Rem contra speculum ponas, apparet imago:
Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo
Texturas rerum tenueis, tenueisque figuras.
Ergo multa brevi spatio simulacra genuntur,
Ut merito celer his rebus dicatur origo.

Quod argumentum quam belle descendat ex iis, quae Epicurus disputat in praecedenti columna de simulacris minime conspicuis, nisi offendant solida laevi et splendido, quisque per se videt. Et quoniam idem argumentum maiorem vim desumit ex multiplicatione imaginum in pluribus speculis eodem tempore, hinc in nostro commentario de ea etiam disserentem Epicurum fecimus; quandoquidem de eadem re sic Lucretius cecinit lib. cit. v. 303:

Fit quoque, de speculo in speculum ut tradatur imago;
Quinque etiam, sexve ut fieri simulacra suerint.
Nam quaecunque retro parte interiore latebunt,
Inde tamen, quamvis torte, penitusque remota,
Omnia per flexos aditus educta licebit
Pluribus haec speculis videantur in aedibus esse.
Usque adeo e speculo in speculum tralucet imago.

In phaenomenis autem totam demonstrationis vim posuisse Epicurum, utpote qui *omne iudicium*, ut ait Tullius in Lucullo, *in sensibus constituit*, exploratissimum est. Quare Sextus Empiricus adv. Mathematicos Lib. VIII. scribebat (§. 355. pag. 526. ed. Fabr. O.): ὁ γε

Δημόκριτος μὲν πᾶσαν αἰσθητῶν ὕπαρξιν κεκίνηκεν, Ἐπίκουρος δὲ πᾶν αἰσθητὸν ἔλεξε βέβαιον εἶναι. et Lib. VII. (§. 368. pag. 442. Fabr. *O.*) *τῶν φυσικῶν οἱ μὲν πάντα ἀνῃρήκασι τὰ φαινόμενα, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον, οἱ δὲ πάντα ἔθεσαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον καὶ Πρωταγόραν, οἱ δὲ τινὰ μὲν ἀνεῖλον, τινὰ δὲ ἔθεσαν, ὡς οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ τοῦ Περιπάτου.* Hinc Lucretius Lib. IV. v. 480. sic cecinit:

Invenies primis ab sensibus esse creatam
Notitiam veri, neque sensus posse refelli.

Quapropter sic de ipsa idolorum celeritate disserens scribebat ad Herodotum ap. Laert. Lib. X. §. 47. *ὅτι τὰ εἴδωλα ταῖς λεπτότησιν ἀνυπερβλήτοις κέχρηται, ᾧ μηθὲν ἀντιμαρτυρεῖ τῶν φαινομένων, ὅθεν καὶ τάχη ἀνυπέρβλητα ἔχει.* [*Rosin.*]

v. 2. *καταφανὲς οὖν πάλιν*] Haec utique conclusio prodit, praecessisse alterum argumentum diversum a primo, quod petierat a membranarum eximia levitate, ut supra disseruimus. [*Idem.*]

v. 8. *καὶ*] Spatiolum illud, quod in *αὐτογράφῳ* hanc particulam praecedit, finalis puncti vices supplet, ut alibi monuimus et in sequentibus cernere licet. [*Idem.*]

ibid. *τοιούτῳ δὲ τινὶ τρόπῳ*] Illud *τινὶ* in hac phrasi *παρέλκει*, quare reddidimus: tali modo. Sic ap. Diodor. Sicul. Bibl. Hist. Lib. XVI. Cap. 94. *ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑποκειμένοις ἀγῶσι τὴν ἐπιβουλὴν συνεστήσατο τοιῷδε τινὶ τρόπῳ.* [*Idem.*]

v. 12. *ἀπόδειξιν*] Quid proprie sit *ἀπόδειξις*, discere licet ex Tullio, qui belle docuit in suo Lucullo C. 8. *Argumenti conclusio, quae est graece ἀπόδειξις, ita definitur: Ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.* Ex enucleatis igitur heic suam *ἀπόδειξιν* instruit Epicurus. [*Idem.*]

v. 13. *ἄν*] De particula *ἄν* in fine periodi passim exempla habes apud Graecos scriptores in adlato sensu. Sic apud Thucyd. Hist. Lib. V. 87. *εἰ δ' ἐπὶ τούτῳ, λέγοιμεν ἄν*, *sin ad hoc venistis, loqui possumus.* Hinc male admodum translata in Latinum invenies haec in Ctesiae Indicorum Fragmentis verba in Herodoti editione Wesseling. p. 862. *Ἔθνος ὀρνίθων Ἰνδικῶν βραχυτάτων καὶ τοῦτο εἴη ἄν, ἐν δὲ τοῖς πάγοις τοῖς ὑψηλοῖς νεοττεύει, καὶ ταῖς πέτραις ταῖς καλουμέναις Λιτταῖς*, *parvularum quarundam Indicarum avium natio in excelsis et inaccessis rupibus nidificat.* Reddenda autem sunt: *hoc etiam genus inter brevissimas aves Indicas referri posset: in collibus autem excelsis nidificat, et rupibus, quae Littae appellantur.* [*Idem.*] At exempla a Rosinio allata parum iuvant. Nec enim quaestio est de particula *ἄν* in fine periodi posita, de quo nemo dubitaverit, (Vid. Sturz. in Lex. Xenoph. v. *ἄν.*) non magis quam de eiusdem particulae constructione cum futuro Indicativi, (*ἄν* scil., si

vera esset correctio Rosinii, pertineret ad ἔσται, non ad ποιήσασθαι) de qua conf. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 229. et Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. p. 66. Sed quaeritur, an Graece dici possit ἔστι, ἔσται (pro ἐξέσται, quod iam possibilitatem involvit) ποιήσασθαι ἄν de quo equidem maximopere dubito. Nec etiam vel contextus, vel breve spatiolum in Autographo flagitare videtur supplementum huius particulae, cuius in ipso Autographo nec vola nec vestigium exstat: (Vid. inf. Tabulam huius columnae.) et si scriptum fuerit in v. 13. fine *ΠΟΙΗΣΑΣ* et in sequentis initio *ΘΑΙ*, suppleta erit lacuna. Nec enim, ut ipsius tabulae adspectus docet, omnes columnarum lineae aequales sunt, sed aliae maiores aliae minores duabus tribusve litteris. [*O.*]

v. 14. ὅτε] Cur ὅτε et non ὅτι supplendum duximus, et quaenam subsit sententia, vide Commentarium. [*Rosin.*]

COLVMNA V.

v. 1. ταχέως] Sic primam vocem refingendam, non modo sequens verbum ἐκπέτασθαι, sed etiam eadem vox infra v. 5. recurrens satis indigitat. Integram autem sententiam, quae hic mutila est, discere potes ex Lucretio, qui sic eam reddidit Lib. IV. v. 205:

Quid? quae sunt igitur iam prima fronte locata,
Cum iaciuntur, et emissum res nulla moratur,
Nonne vides citius debere et longius ire?

Integrum nexum habes in commentario. [*Rosin.*]

v. 2. ἐκπέτασθαι] *Volitare* non secus ac *fluere* solemne est Epicuri vocabulum, cum de idolis verba facit. Hinc fidus illius interpres Lucretius saepe usurpat, ut cit. libro IV. v. 35:

Quae quasi membranae summo de corpore rerum
Dereptae volitant ultra citraque per auras.

v. 3. κατὰ τὸν σοφιστικόν] Sic restituto mutilo verbo στικον commoda extunditur sententia. Enimvero antiquitus Sophistae nomen honestissimum habebatur, eoque tum philosophi, tum poetae ipsi, ut Homerus et Hesiodus, ornabantur, immo et Solonem ea appellatione dignatum ex veterum testimonio refert Laertius Lib. I. §. 12. Vetus enim Sophistica, ut scribit Philostratus ad Vit. Sophist., nihil aliud erat, quam *Rhetorica philosophans*, *quae de iisdem rebus*, *de quibus philosophi, disputaret:* τὴν ἀρχαίαν σοφιστικὴν ῥητορικὴν ἡγεῖσθαι χρὴ φιλοσοφοῦσαν· διαλέγεται μὲν γὰρ ὑπὲρ ὧν οἱ φιλοσοφοῦντες. nisi quod ipsa philosophica pertractans argumenta maiori cum ubertate persequi soleret. ἡ μὲν δὴ καὶ τὰ φιλοσοφούμενα ὑποτιθεμένη διήει αὐτὰ ἀποτάδην καὶ ἐς μῆκος. Sed mox in duas partes se

scidit ars una, de qua audire praestat Quintilianum in Prooemio Institut. *Feruntque haec, ut Cicero apertissime colligit (Lib. III. de Oratore), quemadmodum iuncta natura, sic officio copulata; ut iidem sapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde se studium, atque inertia factum est, ut artes esse plures viderentur. Nam ut primum lingua esse coepit in quaestu, institutumque eloquentiae bonis male uti, curam morum, qui diserti habebantur, reliquerunt. Ea vero destituta infirmioribus ingeniis velut praeda fuit.* Altera vero et deterior ars, cui Sophisticae nomen adhaesit, et perversi ratiocinii accusabatur, iam Epicuri aetate invaluerat. Plato in Dialogo, cui titulus *Sophista*, atris coloribus huiusmodi homines pinxit, et inter alia haec habet: *τὸν δὴ τῆς ἐναντιοποιολογικῆς εἰρωνικοῦ μέρους τῆς δοξαστικῆς μιμητικόν, τοῦ φανταστικοῦ γένους, ἀπὸ τῆς εἰδωλοποιϊκῆς οὐ θεῖον, ἀλλ' ἀνθρωπικὸν τῆς ποιήσεως ἀφωρισμένον ἐν λόγοις τὸ θαυματοποιϊκὸν μόριον· ταύτης τῆς γενεᾶς τε καὶ αἵματος ὃς ἂν φῇ τὸν ὄντως σοφιστὴν εἶναι, τἀληθέστατα, ὡς ἔοικεν, ἐρεῖ.* Novimus etiam, ipsum Epicurum, ut refert Laertius Lib. X. §. 7., Nausiphani *καύχησιν τὴν σοφιστικὴν* obiectasse, et Lib. *ΚΗ περὶ φύσεως*, quem evolutum ad manus habemus, et mox, Deo dante, in lucem dabimus, invenimus eum adversus Sophistas disputantem, qui sibimet contradicunt, cum de singulis partibus adfirmant, quod de toto negant, ut videantur eandem rem cognoscere simul et ignorare. Metrodorum etiam, celebratissimum Epicuri discipulum, novem libros adversus Sophistas adornasse, testis est Laertius in Epicuro §. 24. Qui refert etiam, a germanis Epicureis Sophistarum nomine signatos fuisse Orionem, et alios, qui a magistri doctrina desciverant, *οὓς καὶ γνήσιοι Ἐπικούρειοι σοφιστὰς ἀποκαλοῦσιν* §. 26. Heic igitur nonnisi in Sophistarum mentem venire posse ait, ut idolis denegent, quod ceteris corporibus concedunt, posse nempe celeriter ferri, cum nihil ipsis refragatur. [*Idem.*] At ita si legamus, non cohaeret oratio, nec habet *δύνασθαι*, ad quod referatur. Vel post *πλὴν ἂν* addendum *λέγωμεν*, quod ipse Rosinius subintellexisse videtur in commentario suo (vide infra), verba haec ita vertens: *Nisi fortasse Sophistarum more affirmare velis*, vel etiam in v. 2. in mutila voce *ΗΝΑΝ* verbum latet pro *πλὴν ἂν* suppiendum fortassis *ἔφηναν*, h. e. *ostendere, probare conabantur sophistarum more* scil. philosophi quidam, contra quos disserit Epicurus. *sie brachten recht sophistisch die Meinung auf, ans Licht.* [*O.*]

v. 6. *τὄντα δὲ εἴδωλα*] Principio quidem mutilam utrimque vocem *.ον.* restituendam putavimus *μόνα*, unde commoda etiam sententia extundi posset, quasi diceret Epicuris: solis idolis denegari, quod ceteris omnibus corporibus conceditur. Sed postea satius duximus refingere *τὄντα*. Novimus enim, *τὰ ὄντα εἴδωλα* dictas ab eo

esse imagines, quae sponte et immediate fluerent e corporibus, ut distinguerentur ab iis, quae nobis aut per somnum, aut alio quovis mentis conceptu observantur, et quae a quibusdam ut falsae habebantur, ab Epicuro autem aeque verae. Id discimus ex Laertio Lib. X. §. 51. ubi sic ait: ἥ τε γὰρ ὁμοιότης τῶν φαντασμάτων οἱονεὶ ἐν εἰκόνι λαμβανομένων, ἢ καθ' ὕπνους γινομένων, ἢ κατ' ἄλλας τινὰς ἐπιβολὰς τῆς διανοίας, ἢ τῶν λοιπῶν κριτηρίων, οὐκ ἄν ποτε ὑπῆρχε τοῖς οὖσί τε καὶ ἀληθέσι προσαγορευομένοις, εἰ μὴ ἦν τινα καὶ ταῦτα πρὸς ὃ βάλλομεν: quae ita Rossius in Commentationibus Laertianis p. 285. interpretatur: *nam et visorum, quae ex simulacris sumuntur, aut dormientibus offeruntur, aut alia quadam sive mentis motione, sive reliquorum iudicandi instrumentorum obiiciuntur, similitudo cum iis, quae* ὄντα *ac vera nominantur, nunquam foret, nisi illa etiam quo intendimus* (talibus pulsi visis) *quaedam essent.* Atque sic commentatur: *Videlicet: nisi revera esset aliquid, quo haec visa, quae dormientes v. g. accipimus, pertinerent.* Et inferius: *Namque omnia visa, etiam ea, quae falsa vocantur, e. gr.* τὰ ἐν εἰκόνι λαμβανόμενα, ἢ καθ' ὕπνους γινόμενα, *esse vera contendit Epicurus, quod similitudine probat visorum eiusmodi cum iis, quae* τὰ ὄντα καὶ ἀληθῆ *perhibentur; eam siquidem numquam fore ait, nisi omnino, quo haec visa spectent, quaedam sint; sicut ea, quae vera nominamus, sane habent, quo referuntur.* Si legas igitur nobiscum τὰ ὄντα, sententia Epicuri erit, Sophista dignum esse, quod conceditur solidis corporibus, abiudicare veris et subsistentibus eorum imaginibus, quae ab ipso corpore immittuntur, et corpoream habent naturam. [*Rosin.*]

v. 8. τὸν ἔξω στίχον] Variis membranarum στίχοις corpora coagmentari ex Epicuri doctrina, supra monuimus Schol. in Col. III. Hinc cum unaquaeque earum extimam corporis superficiem occuparet, sive *in prima fronte esset locata*, ut ait Lucretius loco superius citato, facili negotio inde avolari posse idem Epicurus concludebat. [*Idem.*]

v. 9. et seq. καί φαμέν τοι τὸ προσλαμβανόμενον εὐθὺς] Rosinius vertit: *Atque adeo affirmamus quod recta consequitur.* Atqui τὸ προσλαμβανόμενον in Dialectica non est *consequens*, sed *assumtum*, et εὐθὺς iungendum cum v. φαμέν. Vertendum itaque: *Atque assumtum hoc* (scil. quod sequitur Ἑτοίμου κενοῦ etc.) *haud cunctanter affirmare licet. wir können also geradezu ohne Bedenken annehmen und behaupten.* [*O.*]

v. 11. ἑτοίμου κενοῦ κ. τ. λ.] Ex eo, quia vacuum praesto sit ubique, et nullam resistentiam abscedentibus membranis opponat, ut ait Col. II., et ex earum quae abscedunt vehementia, et unitate, et subtilitate, et partium parvitate concludit Epicurus, ἀντερείσαντα (ut

supplevimus) inalterabilia esse τὰ εἴδωλα, quippe qui iam docuerit, ea κατὰ τὸν ἔξω στίχον, *in prima corporis fronte, locari; et nihil esse, quod ea discerpere possit*, ut ait Lucretius loco superius citato, qui eodem Lib. IV. v. 65. eandem doctrinam sic inculcavit:

Praesertim cum sint in summis corpora rebus
Multa minuta, iaci quae possint ordine eodem,
Quo fuerint, veterem et formae servare figuram:
Et multo citius, quanto minus endopediri
Pauca queunt, et sunt in prima fronte locata. [*Rosin.*]

v. 14. μικρομέρειαν] Sic restituo mutilam vocem. Quandoquidem ex Epicuri doctrina subtilia et exigua minus queunt impediri. [*Idem.*]

COLVMNA VI.

Haec columna sinistrorsum exsecta est, vt vides; sed obliquo ductu, ita ut in primis lineis pauciora, in ultimis plura desint elementa; etsi delineator eam oblique in tabulam collocare neglexit. Quod animadvertere opus est, ut supplementi ratio constet. [*Rosin.*]

v. 1. 2. ὁμοίους τύπους]. Epicurus in Epistola ad Herodot. ap. Laert. Lib. X. §. 46. sic scribit: καὶ μὴν καὶ τύποι ὁμοιοσχήμονες τοῖς στερεμνίοις εἰσί, λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων. et inferius: τούτους δὲ τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν. Inde patet, cur heic legendum duximus ὁμοίους τύπους. *Typus* apud veteres dicebatur tabula vel lignea, vel marmorea, vel alius materiae, in qua impressae vel insculptae erant effigies: hinc τύπος λίθινος, ξύλινος etc., quod non omnes viderunt interpretes. Sic Tullius ad Att. Lib. I. Epist. VIII. *typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere.* (Vide Manutium in hunc locum.) Commode igitur τύπους appellabat Epicurus subtilissimas a se excogitatas atomorum texturas, quatenus corporum, unde avolarent, formas impressas continerent; quatenus vero formas ipsas oculis spectandas obiicerent, εἴδωλα nuncupabat. Sic in eadem epistola §. 49. τύπους ὁμοχρόους καὶ ὁμοιομόρφους vocat effigies, quae oculis incurrunt. En eius verba, prout optime legit ac restituit Rossius in suis Comment. Laert. pag. 272 et seq. δεῖ νομίζειν, ἐπεισιόντος τινὸς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, τὰς μορφὰς ὁρᾷν ἡμᾶς καὶ διανοεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἂν ἀποσφραγίσαιτο τὰ ἔξω τὴν ἑαυτῶν φύσιν τοῦ τε χρώματος καὶ τῆς μορφῆς διὰ τοῦ ἀέρος τοῦ μεταξὺ ἡμῶν τε κἀκείνων, οὐδὲ διὰ τῶν ἀκτίνων, ἢ οἵων δήποτε ῥευμάτων ἀφ' ἡμῶν πρὸς ἐκεῖνα παραγινομένων οὕτως, ὡς τύπων τινῶν ἐπεισιόντων ἡμῖν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ὁμοχρόων τε καὶ ὁμοιομόρφων κατὰ τὸ ἐναρμόττον μέγεθος εἰς τὴν ὄψιν, ἢ τὴν διάνοιαν ὠκέως ταῖς φοραῖς χρωμένων. [*Idem.*]

v. 7. τῶν στερεμνίων] Haec utique verba ex autographo abrasa fuisse facile persuademur. Posita enim horum simulacrorum existentia non male de ipsorum celeritate arguebat Epicurus, cum duceret a gravibus corporibus puncto temporis et in longinqua loca emitti. [*Idem.*]

v. 11. 12. αὐτὴν μορφὴν] Post articulum τὴν has voces desiderari pronum est. Hanc enim vocem μορφὴ saepius usurpat Epicurus, cum de corporum *typis* sive *idolis* loqueretur, ut videre est in superius recitatis eiusdem verbis et §. 50. ubi ait: μορφή ἐστιν αὐτὴ τοῦ στερεμνίου, γινομένη κατὰ τὸ ἑξῆς πύκνωμα. et alibi. atque adeo τύπους appellabat ὁμοιομόρφους. Hinc et in Col. VIII. v. 11. et in Col. IX. v. 7. eandem vocem detritam restituimus. [*Idem.*]

COLVMNA VII.

Quae in hac Columna et duabus sequentibus usque ad v. 9. Columnae nonae leguntur, non Epicuri doctrinam exhibent, sed adversariorum obiecta, quae Epicurus in medium profert, deinde diluit. Quod utique pronum est colligere ex citato v. 9. Col. IX., cum ait: οἷς δὴ φημί. Quinam vero sint adversarii, quibus occurrit, profecto ignoramus, quandoquidem capite minutum est huiusmodi κόμμα. Sed eosdem remur esse, quos Sophistarum nomine superius carpit Col. V. [*Rosin.*]

v. 2. διαστάσεις] Interpretati sumus *extensiones*, non *distantias*, ut plerumque sonat. Cum enim inferius idem verbum recurrat v. 8. inde manifesto colligitur, quo sensu eam vocem acceperit Epicurus. Ait enim absurde dici, τὸ βάθος *non fieri ex multis corporibus*, sed διάστασιν *existere ex interiori vacuo.* Ubi sicut τὸ βάθος nihil aliud est, nisi corporis dimensio, quae ex aggregatione atomorum oritur, sic ἡ διάστασις nihil aliud esse potest, quam extensio, quae a maioribus vel minoribus vacuis interstitiis enascitur. Hoc utique sensu vocem διάστασιν usurpavit Aristoteles Metaphys. X. σῶμα γάρ ἐστι τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν· ἄπειρον δὲ τὸ ἀπεράντως διεστηκός. [*Idem.*]

v. 3. βάθος] Haec vox, quae proprie *altitudinem* sonat, pro tota solidi *dimensione* usurpari non dubitamus. Id nobis idem Epicurus persuasit, qui eandem vocem in Epist. ad Herodot. §. 50. usurpat, ubi de idolis disserens sic ait: τοῦ ἑνὸς καὶ συνεχοῦς τὴν φαντασίαν ἀποδιδόντος, καὶ τὴν συμπάθειαν ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου σώζοντος κατὰ τὸν ἐκεῖθεν σύμμετρον ἐπερεισμὸν ἐκ τῆς κατὰ βάθος ἐν τῷ στερεμνίῳ τῶν ἀτόμων πλάσεως . . . . μορφή ἐστιν αὕτη τοῦ στερεμνίου. Haec autem verba sic doctissimus Rossius vertit in suis Comment. Laert. p. 276. *Cum unum et continuum sit, quod visum imprimit, cognationemque eius, quod ei subiicitur, conservet, pro*

fultura inde sibi respondente ex atomorum soliditate altius efficta . . . . . ipsa est forma solidi corporis. Optime quidem: sed cur κατὰ βάθος reddiderit *altius* comparativo modo, ignoramus; et quid sibi velit *fultura ex atomorum soliditate altius efficta,* obscurum procul dubio est. Cum autem Epicuri sententia illa sit, quam ipsemet sagacissimus Commentator agnoscit, hoc est, idolum continenter a solido fluens convenientiam cum subiecto solido servare, quia inde respondentem habet fulturam, quae oritur ex atomorum coagmentatione; κατὰ βάθος procul dubio nihil aliud est, quam *secundum corporis dimensionem.* Atomi enim non in altitudinem tantum, sed et in latitudinem coagmentantur; nec altitudo solum, sed tota corporis dimensio, ad Epicuri mentem, fulcimen est respondentis idoli. Quare sic reddendum ducimus: *Cum unum et continuum sit, quod visionem reddit, atque convenientiam cum suo, unde oritur, subiecto servat secundum proportionalem fulturam, quae inde exsurgit, ex coagmentatione atomorum, iuxta eius dimensionem . . . . ipsa est forma solidi.* Sic etiam paulo superius §. 48. ait: καὶ συστάσεις ἐν τῷ περιέχοντι ὀξεῖαι διὰ τὸ μὴ δεῖν κατὰ βάθος τὸ συμπλήρωμα γίνεσθαι. Quibus verbis, ut ibidem Rossius commentatur, concretiones atomorum indicat, quae puncto temporis in aëre fluunt, et dissolvuntur, et secernit ab illis, quae perpetuo fluunt a corpore, et diu perseverant, διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν, *ob continentem earum submissionem.* Idcirco autem cito dissolvi putat διὰ τὸ μὴ δεῖν κατὰ βάθος τὸ συμπλήρωμα γίνεσθαι, h. e. *quia non opus sit, ut complementum fiat secundum veram corporum, quae repraesentant, dimensionem,* sed apparentes tantummodo sint, et evanidae in eorum figuram aliquatenus confictae. De qua Epicuri doctrina sic Lucretius cecinit Lib. IV. v. 130:

Sed ne forte putes ea demum sola vagare,
Quaecumque ab rebus rerum simulacra recedant:
Sunt etiam, quae sponte sua gignuntur, et ipsa
Constituuntur in hoc coelo, qui dicitur aër:
Quae multis formata modis sublime feruntur,
Nec speciem mutare suam liquentia cessant,
Et quoiusque modi formarum vertere in ora.
Ut nubes facile interdum concrescere in alto
Cernimus et mundi speciem violare serenam,
Aëra mulcentes motu: nam saepe gigantum
Ora volare videntur, et umbram ducere late,
Interdum magni montes avolsaque saxa
Montibus anteire, et solem succedere praeter.

Huiusmodi sane imagines, quas recenset poeta, idcirco non sunt verae corporum imagines, quia sponte sua gignuntur, nec respon-

dentem subiectorum corporum habeut falturam, unde complementum accipiant κατὰ βάθος, *secundum eorum dimensionem.* Nec mirum esse debet, si vox βάθος tam de altitudine, quam de latitudine et longitudine accipiatur. Aeque enim *profundum* dici potest, quod a fronte in recessum, quam quod a summo deorsum excurrit. Sic apud Xenophontem (Hellen. VII. v. §. 23. *O.*) βάθος τῆς φάλαγγος est eius a fronte in recessum extensio, ut Budaeus observat. [*Idem.*]

ibid. εἰληφός] Cum neutrius generis hoc participium sit, nonnisi τὸ εἴδωλον respicere potest, de quo sermo est. [*Idem.*]

v. 7. 8. ἐξ αὑτοῦ ἔνδοθεν κενοῦ] Detritas hoc loco voces sic belle restitui posse censemus. Novimus enim, Epicuri doctrinam fuisse, vacuis interstitiis corpora scatere, unde maior vel minor eorum densitas ac pondus et extensio oriretur. Hinc ait Lucretius Lib. I. v. 365:

Ergo quod magnum est aeque leviusque videtur,
Nimirum plus esse sibi declarat inanis.

Quare cum subdat λέγειν τολμῶσιν ἀλόγως, hoc nonnisi ad eius obtrectatores referri potest, ut supra adnotavimus. [*Idem.*]

v. 11. seqq. ὡς ἂν τὴν κενότητα ῥᾳδίως δύνασθαι τὸν ῥοῦν] Hariolando quidem haec verba supplevimus, sed tum ex residuorum elementorum vestigiis, tum ex ipsa textus sententia ducti. Hoc enim pacto satis sententia excurrit, ut in nostro Commentario docuimus. Ceterum in ea verba iurare, optime lector, minime cogeris. [*Idem.*]

Post v. 13. in Tabula leguntur extrema verba lineae, cuius prior pars detrita est ΟΥ[illegible]ΕΝ, fortassis explenda τοῦ κενοῦ, quae, si Rosinii explicationem sequamur, (Vide infra in Commentario.) non prorsus absone tali quodam supplemento coniungi possent cum praecedentibus: ὡς ἂν τὴν κενότητα ῥᾳδίως δύνασθαι τὸν ῥοῦν καὶ τὴν φορὰν ἀποδέχεσθαι, τοῦ κενοῦ οὐδενὸς ὄντος τῶν ὄντως ὄντων. Loquitur scil. Epicurus ex mente adversariorum, qui ipsi obiiciebant: vacuum non posse accipere fluxum celeritatemque, cum sit proprie res nihili, (*etwas ganz negatives*) adeoque affectionem nullam possit neque dare neque accipere. Eodem modo adversus Epicurum argumentatur Plutarchus contra Colot. Cap. XIII. p. 159. ed. Hutten. ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς πραγματείας (initio Lib. I. περὶ φύσεως) ὑπειπὼν (Ἐπίκουρος), τὴν τῶν ὄντων φύσιν σώματα εἶναι καὶ κενὸν... ὧν θάτερον ὄντως μὲν οὐθέν ἐστιν, ὀνομάζεται δὲ ὑφ' ὑμῶν (Ἐπικουρείων) ἀναφὲς καὶ κενὸν καὶ ἀσώματον. At iudicent acutiores. [*O.*]

COLVMNA VIII.

v. 2. φύσεων] Trunca syllaba ων residua procul dubio est vocis φύσεων adpictae in extremitate praecedentis lineae, quae disperiit.

Id suadet sequens contextus, ubi eadem vox iterum et saepius occurrit; et pressius Col. IX. v. 7. 8. legitur οἷα τῶν στερεμνίων φύσεων. [*Rosin.*]

v. 3. αὗται δὲ αἰσθήσεις ἐπιμαρτυροῦσιν] Epicureorum quidem hoc argumentum est, qui sensibus omne iudicium tribuebant. Sic enim Epicurus ipse ap. Laert. Epist. ad Herodot. §. 39. statuit: καὶ τὰ μὲν σώματα ὡς ἔστιν, καὶ αὐτὴ ἡ αἴσθησις ἐπὶ πάντων μαρτυρεῖ, καθ' ἣν ἀναγκαῖον τὸ ἄδηλον τῷ λογισμῷ τεκμαίρεσθαι. Quapropter idem Laertius Lib. X. §. 31. scribebat: ἐν τῷ κανόνι λέγει ὁ Ἐπίκουρος, κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις. Vide quae supra Col. IV. v. 1. adnotavimus. Nil tamen mirum, si heic ab adversariis in Epicurum ea doctrina retorquetur; quippe in ipsum *ad hominem*, ut aiunt, argumentantur. Quid autem sit ἐπιμαρτύρησις, docet Sextus Epicurus adv. Mathem. Lib. VII. (§. 212. pag. 414. ed. Fabr.): ἔστι δὲ ἐπιμαρτύρησις μὲν κατάληψις δι' ἐναργείας τοῦ τὸ δοξαζόμενον τοιοῦτον εἶναι, ὁποῖόν ποτε ἐδοξάζετο· οἷον Πλάτωνος μακρόθεν προσιόντος, εἰκάζω μὲν καὶ δοξάζω παρὰ τὸ διάστημα, ὅτι Πλάτων ἐστὶ, προσπελάσαντος δὲ αὐτοῦ προσεμαρτυρήθη, ὅτι Πλάτων ἐστὶ, συναιρεθέντος τοῦ διαστήματος, καὶ ἐπεμαρτυρήθη δι' αὐτῆς τῆς ἐναργείας. [*Idem.*]

v. 9. 10. φύσει τι εἰδώλων περαιοῦν] Cum in superiori commate dixerit πολυκένοις φύσεσι, pronum est additum πολυκένῳ rursus requirere φύσει. Cum vero mox legas in Autographo ΛΩΝ...ΑΙΟΥΝ, sicuti hoc facili negotio suppletur περαιοῦν neutrius generis, sic illud λων residuum vocis εἰδώλων patrii casus fulciri debet ab recto τὶ, quicum περαιοῦν copuletur. Ac ne dubites, vide Col. IX. v. 11. ubi iterum invenies τὶ τῶν εἰδώλων. [*Idem.*]

v. 11. μορφὴν] Hanc voculam in Autographo desiderari, quae a praeposito articulo τὴν fulciatur, tam certum est, quam quod certissimum. Vide quae superius adnotavimus in Schol. ad Col. VI. v. 11. [*Idem.*]

v. 13. αὐτὴν ἀτόμων τάξιν] Verba ex ingenio quidem suppleta, sed quae a praecedentibus, ni fallor, sponte fluunt. [*Idem.*]

COLVMNA IX.

v. 1. τὴν λεπτομέρειαν ἔχοντα] Procul dubio haec verba respiciunt εἴδωλα, quae tenuissimis instructa esse partibus iam ab initio docuit Epicurus. Hanc autem partium tenuitatem adsumebant adversarii, ut absurdum dicerent, posse simulacra huiusmodi varias solidorum formas capere. [*Rosin.*]

Corpora sunt porro partim primordia rerum,
Partim concilio quae constant principiorum.
Sed quae sunt rerum primordia, nulla potest vis
Stringere; nam solido vincunt ea corpora demum.

Ex hac autem Epicuri doctrina patet, quo respiciant, quae heic legis residua exsecti commatis verba: *διὰ τῶν ἐκείνων συγκρίσεις.* Videlicet secundum varias illorum principiorum concretiones variam itidem esse corporum densitatem. Vide quae in sequenti adnotatione subnectemus. Hinc nostri supplementi ratio in commentario procedit. [*Idem.*]

v. 4. διαλύσεως] Dissolutioni primordialia corpora obnoxia non esse, iuxta Epicuri doctrinam modo vidimus, quae propterea *ἄτομα*, *insectilia* dicta sunt. Etsi enim et ipsa minimis constare partibus concipiantur, nulla tamen vi divelli hae partes queunt, cum inane nihil in se admittant, ut cecinit Lucretius Lib. I. v. 529:

Haec neque dissolvi plagis extrinsecus icta
Possunt; nec porro penitus penetrata retexi;
Nec ratione queunt alia tentata labare:
Id quod iam supera tibi paullo ostendimus ante.
Nam neque conlidi sine inani posse videtur
Quidquam, nec frangi, nec findi in bina secundo,

et inferius v. 599:

Inde aliae atque aliae similes ex ordine partes
Agmine condenso naturam corporis explent:
Quae quoniam per se nequeunt constare, necesse est
Haerere, ut nequeant ulla ratione revelli.
Sunt igitur solida primordia simplicitate:
Quae minimis stipata cohaerent partibus arcte,
Non ex ullorum conventu conciliata,
Sed magis aeterna pollentia simplicitate:
Unde neque avelli quidquam, neque diminui iam
Concedit natura reservans semina rebus.

Hanc autem corporum primordialium congeriem, quae ἄτομα et ἀμετάβλητα putabat Epicurus, τὸ πᾶν, *universum* nuncupabat. De quo sic ad Herodot. ap. Laert. Lib. X. §. 39: *καὶ μὴν καὶ τὸ πᾶν ἀεὶ τοιοῦτον ἦν. οἷον νῦν ἐστι, καὶ ἀεὶ τοιοῦτον ἔσται· οὐθὲν γάρ ἐστιν, εἰς ὃ μεταβάλλει. παρὰ γὰρ τὸ πᾶν οὐθέν ἐστιν, εἰς ὃ ἂν εἰσελθὸν αὐτὸ μεταβολὴν ποιήσαιτο.* Posita hac Epicuri doctrina, cum heic dicat: *nisi quis dissolutionis modum, de quo diximus, possibilem ipsis demonstret;* manifestum est verba facere de illorum corporum dissolutione, quam impossibilem esse antea docuerat, h. e. primordiorum sive atomorum. [*Idem.*]

v. 4. ὃν ἡμεῖς εἰρήκαμεν] Laertius post modo recitata Epicuri verba ad Herodotum subdit: τοῦτο καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐπιτομῇ (φησὶ) κατ' ἀρχὴν, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ περὶ φύσεως. En igitur, quo haec verba respiciunt, ad primum scilicet huius operis librum, quo usque adhuc fraudati sumus. [*Idem.*]

v. 9. εἰς τοῦτο τὸ εἶδος] Scil. τῶν εἰδώλων. [*O.*]

v. 13. σύντομον] Etsi in Autographo σύντονον potius, quam σύντομον appareat, id procul dubio vel a papyri dilaceratione et corrugatione procedit, ut dimidiatum *M* figuram τοῦ *N* exhibeat, vel est librarii mendum: nil enim facilius, quam ut σύντομος cum σύντονος permutetur, uti observat Wesselingius ad Diodor. Sic. Tom. I. pag. 106. [*Rosin.*]

v. 15. τὰ περιεχόμενα] Etsi horum verborum vix primum et ultimum elementum residuum sit in Autographo; nullus tamen dubito, quin eruditi lectores huic lectioni suffragium ferant. [*Idem.*]

COLVMNA XI.

v. 1. ἀποτελεῖσθαι] Ex hoc unico verbo satis argui potest, quid in huius libri initio disputaverit, qua scilicet ex causa repeti debeat visionis et aliarum sensationum *effectio.* Principio igitur explicavit, quaenam, suo arbitratu, fuerit naturae οἰκονομία in idolorum generatione, et quibus ea praedita forent qualitatibus; tum vero, quam celeriter in obiecta ferantur. [*Rosin.*]

v. 5. τὰ δ' ἁρμόττοντα ἑφεξῆς] Idolorum tractationem hoc libro non absolvisse, hisce verbis demonstrat. Et quidem cum de illorum generatione, tenuitate et celeritate verba fecisset; reliquum erat, ut dissereret, quo pacto eadem animos percellerent et varias sensationes in animantibus tum vigilantibus, tum dormientibus crearent, ut ipsemet exsequitur in Epistola ad Herodotum: quaeque omnia enarrat eius interpres Lucretius Lib. IV. [*Idem.*]

CAROLI ROSINII
COMMENTARIVS
IN LIBRVM II.
EPICVRI
DE NATVRA.

IN CAPVT I.

Simulacra in motione celerrima esse, ex ipsorum tenuitate evincit.

Quandoquidem satis longe ab huius secundi libri initio Epicurum disserentem deprehendimus, coniicere par est, quid ipse in praecedentibus docuerit. Omni procul dubio primum librum in statuendis rerum principiis, videlicet atomis, et inani, nec non in utriusque principii tum proprietatibus, tum accidentibus enucleandis impendisse, ex Lucretio atque Laertio satis constat. Huic alterum, in quem offendimus librum, subdit, ut naturae *oeconomiam* explicet, per quam opportunus, ut is autumat, videndi et percipiendi, quae circumstant corpora, modus hominibus suppeditatur, idolorum scilicet, seu simulacrorum ope, ut ex eiusdem libri conclusione discimus: quae idola, ut ipse docet, e singulis corporibus continenter evolant, passim per aëra discurrunt, et sensationum omnium causa existunt. Horum autem idolorum creationem et naturam in huius secundi libri, quo fraudati sumus, initio explicasse quis dubitet? Atomos perpetuo motu cieri Epicurus docebat, ut aliunde novimus, atque hinc fieri, ut

e singulis corporibus quasi quaedam abrasae superficies, sive tenues membranae perpetuo emitterentur, quae uniuscuiusque corporis effigiem et figuram sensibus obtruderent. Huiusmodi autem membranas sive idola, supra quam cogitari possit, tenuissima esse, ex incredibili atomorum parvitate, quibus texerentur, facile adstruebat. Hinc porro insuperabili celeritate idola ferri oportere, hoc pacto docentem nacti sumus.

(Col. I.) „De simulacrorum autem, quae feruntur, celeritate nunc dicere adgrediemur. Principio enim cum eorum subtilitas talis tantaque sit, ut humanos sub sensus cadere non queat; satis superque evincitur, insuperabili celeritate eadem praedita esse oportere. *) *Etenim quae subtilia sunt, eadem et levia esse, experimentis abunde constat. Sed supra quam concipi possit subtilia esse simulacra ostendimus:* (Col. II.) ergo dicendum est, etiam insuperabiliter esse levia. Si autem insuperabiliter levia, manifestum quoque fit, insuperabiliter celeria esse, cum moventur. Et si ad summum aeque celeres natura sunt omnes atomi, *ut docuimus*, fateamur quoque necesse est, eas, cum simul feruntur, atque in aliquem locum convolant, fluxu continenti meare, nec vacuum ipsis ultra commeantibus obsistere; *atque adeo idola, quae nihil aliud sunt, quam tenuissima membrana, quippe simplici constant atomorum textura, quam maxima celeritate praedita esse patet. Atomi enim, cum summo de corpore continenter evolant, nequaquam mutant primaevam* (Col. III.) positionem atque ordinem; sed singulae his tantummodo accedunt, inter quas primitus interstitium positum fuerat. Cum autem ipsae ex adverso intuentium, ut ita dicam, transfugiunt, corpus gignit figuram: etsi huiusmodi secretiones, nisi laevi solido incursent, intueri nequaquam licet. Quapropter so-

*) Cursivis litteris exarata in versione latina Columnarum supplementa sunt doctissimi Rosinii; quae vulgaribus, ipsa Epicuri verba. [O.]

lida tum solum nobis reddunt *idolum, cum densa, laevigata et splendida sunt, ut in speculis usuvenit. Etenim si corpora porosa sint, idolum transit; si aspera, in ea offendens scinditur. Imo vero de speculo in speculum repulsam imaginem eodem temporis puncto conspici posse* (Col. IV.) exploratum phaenomenis est. Iterum igitur atque iterum manifesto apparet, insuperabili celeritate praedita esse idola, cum moventur. Atque hoc ferme pacto demonstratio de idolorum celeritate confici poterit."

IN CAPVT II.

Celeria itidem esse idola, ex eo, quod nihil obsit, et proinde immutabilia.

Cum, quae sibi effinxerat Epicurus simulacra, suapte natura maxime levia, atque adeo celerrima esse ex partium tenuitate evicerit; ostendere iam nunc satagit, celerrimo eorum motui, cum a summo corpore aufugiunt, nihil obsistere, posita vacui disseminatione: atque hinc concludit, nullam in eorum transitu, donec humanos sensus percellant, mutationem subire posse, et proinde nonnisi verissimam corporum, unde proficiscuntur, imaginem exhibere. Sic itaque pergit: „Quoniam vero fluxus celer est, non solum cum levitate, *et tenuitate praedita est materies, sed etiam quando nihil obstat, quominus libere fluat; hinc cum membrana e summo corpore velut extimus cortex eiaculetur, et vacuum, quod eam excipiat, in promtu sit, nonne consequens omnino est, ut sine obstaculo* (Col. V.) celeriter tunc evolet idolum? Nisi forte Sophistarum more adfirmare velis, solida tantum corpora celeri motu ferri posse, quae autem verae imagines sunt, in prima corporis fronte positae, immobiles subsistere debere. Atque adeo, quod sponte consequitur, adfirmamus: Cum vacuum praesto sit semper, posita secretionum vehementi eiaculatione, et unitate, et tenuitate, et partium exiguitate, *immutabilia prorsus sunt simulacra, cum per aërem*

tranant. Etenim cum in variis a corpore distantiis aliquem typum conspicimus, eandem semper formam servare profecto cernimus. Atque hinc versa vice per omnes similes typos, quos videmus, belle quidem nobis licet cognoscere, celeritate praedita esse quaecumque corpora; quoniam et solidorum simulacra, quae in longinqua abeunt loca, eandem perpetuo formam transmittere cernimus."

IN CAPVT III.

Obiecta profert ac diluit.

Cum idolis suis celeritatem satis superque adstruxisse sibi visus sit Epicurus, operae pretium ducit argumentis occurrere, quae ab aliorum Philosophorum sectatoribus obiicerentur. Quosnam autem peculiariter heic sugillet, ignoramus; quippe in lacunam incidimus. Id tantummodo ex eius responsione discimus, non unum, sed plures esse, quibus congladiatur. Et quidem novimus, idolorum fabellam nonnisi Democrito et Epicuro adrisisse, reliquis philosophis exsibilantibus. Testis est Auctor Historiae Philosophicae, quae Galeno tribuitur, cum ait: Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος κατὰ εἰδώλων εἰσκρίσεις ᾤοντο τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν. Ἕτεροι κατά τινων ἀκτίνων εἴσκρισιν μετὰ τὴν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔνστασιν πάλιν ὑποστρεφουσῶν πρὸς τὴν ὄψιν. Sextus vero Empiricus sic magis enucleate tres veterum de visione sententias protulit Pyrrhon. Hypotyp. Lib. III. 51. ἐάν τε κατὰ ἔνστασιν γένηται κώνου (ἡ ὅρασις), ἐάν τε κατὰ εἰδώλων ἀποκρίσεις τε καὶ ἐπικρίσεις, ἐάν τε ἀκτίνων ἢ χρωμάτων ἀποχύσεις. Ad quas nempe sententias respexit ipsemet Epicurus in iis verbis ad Herodotum, quae in Scholiis ad Col. VI. recitavimus: οὐ γὰρ ἂν ἀποσφραγίσαιτο τὰ ἔξω τὴν ἑαυτῶν φύσιν τοῦ τε χρώματος καὶ τῆς μορφῆς διὰ τοῦ ἀέρος τοῦ μεταξὺ ἡμῶν τε κἀκείνων, οὐδὲ διὰ τῶν ἀκτίνων, ἢ οἱωνδήποτε ῥευμάτων ἀφ' ἡμῶν πρὸς ἐκεῖνα παραγινομένων. In praesens vero in hunc ferme modum disputare aggreditur,

„*Novimus autem non deesse, qui hanc nostram opinionem irrideant, atque argumentis oppugnent. Aiunt enim: Opinantur Epicuri sectatores, ab unoquoque corpore simulacrum perpetuo evolare, quod figuram solido omnino similem servet,* (Col. VII.) et easdem dimensiones in sua extensione capiat. Verumtamen non ex multorum corporum aggregatione extensionem oriri, sed ex interiori quodam vacuo dimensionem ipsam existere, absurdo quodam modo affirmare audent, quasi vero vacuitas facile possit fluxum *et celeritatem concipere. Profecto si res ita se haberet, aequalis in omnibus idolis tenuitas foret. Sed id absurdum est. Namque non omnia corpora eandem densitatem habent, sed alibi maior, alibi minor est densitas* (Col. VIII.) naturalis solidorum: quod ipsi nobis sensus adtestantur. Si enim interior corporum structura esset fistulosae substantiae similis; nequaquam simulacrum huius fistulosae substantiae in transmittendo exteriorem formam eundem atomorum ordinem servare posset et positionem, *quae in solido. Quod si dicant, huiusmodi simulacra exterius quidem compacta esse, intus vero vacua, ne hoc quidem subsistere valet. Quomodo enim fieri potest, ut simulacra* (Col. IX.) tenuissimis partibus instructa, eodem pacto, quo aliquae substantiae visuntur, extra quidem compactae, intus vero multicavae valeant formas secundum varias solidorum naturas capere?"

„His autem ut respondeam, dico: Cum isti simulacrum aliquod intuentur, falsam de ipso opinionem statim concipiunt propter nominum aequivocationem. *Cum enim tenuitate idola omnia praedita esse audiunt, illam nonnisi ex interiori vacuo oriri posse autumant; atque adeo opus esse, ut cuncta iisdem vacuis interstitiis abundent: quod utique falsum est, et contra quam sentimus. Tenuitas enim ex imperceptibili atomorum exiguitate oritur: quae semper eadem manet. Vacua autem interstitia itidem varia servantur, prout in corporibus sunt* (Col. X.) secundum ipsorum concretiones: nisi quis dissolutionis modum, de quo diximus, possibilem ipsis atomis esse demonstret."

IN CAPVT IV.

Libri conclusio.

Dilutis, ut ipse ducit, adversariorum obiectis, ad libri conclusionem confidenter pergit. Heic vero mirabilem naturae oeconomiam in perficienda hominum visione inculcat, nec non incredibilem idolorum in percurrendis spatiis celeritatem, quam satis ostendisse putat.

„Nobis igitur, ut principio dixi, perspicere satis licet, etiam in hac specie non defuisse naturae oeconomiam. Est enim haec brevis quaedam via, qua cognoscere homines queunt, quidquid circa ipsos est. *Quippe patet, quomodo huiusmodi simulacra incredibili tenuitate praedita e singulis corporibus perpetuo avolent, per quae non solum visio sed etiam perceptio omnium obiectorum* (Col. XI.) eveniat, ut perficiatur; et insuper quomodo eadem simulacra motiones celeritate insuperabiles adipiscantur. Quae autem istis consequenter dicenda sunt, postea disseremus.“

Cum igitur, ut patet, in secundo hoc libro nonnisi de idolis pertractaverit Epicurus, dicendum est, in mendo cubare numericam notam apud Laertium Lib. X. §. 73. ubi Enarrator cum recitasset eam epistolae ad Herodotum partem, ubi Epicurus de tempore disserit, tum de suo sic adnotat: φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ἐν τῇ Β′ τῶν περὶ φύσεως. In altero enim hoc libro locum id habere non potuit. Fortasse pro numerali *IB*. XII., quam paullo post signatam ibidem habes, irrepsit exscriptoris incuria *B*. II.

ANNOTATIONES
IN LIBRVM XI.
ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

COLVMNA I.

v. 1. ὑπὸ ποσὶν] Tum abrupti huiusce commatis residuum, tum etiam quae sequuntur, lumen accipiunt ex praecedenti Fragmento, quod exhibemus in Fragmentorum tabula No. 6. (Vide Antemonitum) quodque sic legendum eruditi non abnuent. Ἐν ταῖς μεταβάσεσιν ὅμοιον εἰπεῖν πάλιν, εἰ τὸ ἄνω αὐτῆς κεφαλῆς ἀρτίως εἶχε, τοῦτο ὑπὸ ποσὶν αἰσθάνοιμεν κατὰ τὴν μετάβασιν, ἐὰν . . . . *idem in transitionibus rursus dicendum est, si quod modo fuit supra nostrum caput, hoc idem sub pedibus esse propter loci mutationem, cum* . . . . [*Rosin.*]

v. 4. et seqq. *Τοῦτο οὖν ὃ ἤσει ὁ νῦν ἀναβὰς ὑπὸ ποσὶν κ. τ. λ.*] Simillimus Epicuri locus in Epistola ad Herodotum §. 60. ubi de ἀπείρῳ loquitur: *Καὶ μὴν κατὰ τοῦ ἀπείρου ὡς μὲν ἀνωτάτω καὶ κατωτάτω, οὐ δεῖ κατηγορεῖν τὸ ἄνω καὶ κάτω· ἴσμεν τοι τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς, ὅθεν ἂν θῶμεν εἰς ἄπειρον ἄγειν ὄν, μηδέποτε φανεῖσθαι τοῦτο ἡμῖν, ἢ τὸ ὑποκάτω τοῦ νοηθέντος εἰς ἄπειρον ἅμα ἄνω τε εἶναι καὶ κάτω πρὸς τὸ αὐτό· τοῦτο γὰρ ἀδύνατον διανοηθῆναι. Ὥστ' ἔστι μίαν λαβεῖν φορὰν τὴν ἄνω νοουμένην εἰς ἄπειρον, καὶ μίαν τὴν κάτω, ἂν καὶ μυριάκις πρὸς τοὺς πόδας τῶν ἐπάνω τὸ παρ' ἡμῶν φερόμενον ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν τόπους ἀφικνῆται, ἢ ἐπὶ κεφαλὴν τῶν ὑποκάτω τὸ παρ' ἡμῶν κάτω φερόμενον.* ubi vide doctissimi Schneideri notam pag. 77. et seqq. [*O.*]

v. 7. 8. *φημὶ ἐν μέσῳ εἶναι τὴν γῆν*] Tellurem in orbis medio esse positam ex Epicuri placitis iam pridem cecinit Lucretius Lib. V. v. 535:

Terraque ut in media mundi regione quiescat,
Evanescere paullatim et decrescere pondus
Convenit.

et v. 450:

Quippe etenim Terrai corpora quaeque
Propterea, quod erant gravia et perplexa, coibant,
In medioque imas capiebant omnia sedes.

Si quis autem nosse amet, an aliae philosophorum scholae idem senserint, adeat Plutarchum de Placit. Philos. III. 11. Eusebium Praeparat. Evangel. I. 57. et Philosophicam Historiam Galeno adscriptam C. 21. Argumenta vero, quibus suas de terrae situ opiniones veteres tuebantur, vide sis apud Ptolemaeum *Μεγάλ. Συντάξ.* Lib. I. Cap. 5. [*Rosin.*]

v. 10. ὑφὴν] Reliquae Autographi litterae et modicum spatiolum hanc vocem procul dubio inclamant. Lexicographos autem non moramur, qui eam inter poeticas recensent. ὑφὸς autem teste Suida et Etymologico magno idem est ac *κυρτός*, *curvus*, *gibbosus*, qua voce utitur Aristoteles ad terrae figuram indicandam. Falsus igitur est Gassendus, qui rotunditatem telluris ab Epicuro cognitam oblitus se adfirmasse in *Physic. Sect. III. Membr. poster. Lib. I. Cap. I.* postea in suis *animadversionibus* in X. Laertii librum pag. 347. ait: *Non videtur* (Epicurus) *habuisse terram sphaericam, sed faciei planae;* et in eadem fuisse Epicurum opinione duxit, ac Leucippum et Democritum, quorum ille tympani formam, hic disci terrae attribuit; levi sane argumento, quod vide, si lubet. Ex toto enim huiusce columnae contextu contrarium manifesto eruitur. Nec obstare id putes, quod fragmento No. 5. interlucet, ubi legis *ὡμοιωμέν......ω... τοῦ τυμπάνου.* Ibi enim procul dubio non suam profert, sed aliorum refert opinionem: nec de terra loquitur, sed de mundo. Sic enim lego: *Εἶναι τὸν ὡμοιωμένον τῷ τοῦ τυμπάνου ἐκτμήματι· καὶ οἱ μὲν δὴ οἱονεὶ τοίχους τοὺς κύκλῳ ἐπενόησαν ὑπάρχοντας τῇ γῇ κατὰ τῆς δινήσεως.* h. e. *esse similem* (mundum) *tympani segmento: et illi quidem quasi muros in gyro commenti sunt circa tellurem esse positos contra* coelestium corporum *circumactionem.* E quibus verbis sic lectis satis apparet, alienam, non suam, opinionem illic referre. Quod clarius etiam fiet, si truncum illud verbum *ῥητικοῦ* sanare et fulcire libeat hoc pacto: *ὥσπερ ἐκ τοῦ προῤῥητικοῦ*, ita ut irridens dicat fuisse, qui, quasi prophetico spiritu afflati, asseverarent, mundum tympani segmento similem fore; quos inter procul dubio fuit Leucippus. Epicurus enim de more nihil certi in huiusmodi rebus pronunciari posse censebat, quapropter in Epistola ad Pythoclem ap. Laert. Lib. X. §. 88. scribebat: *ὁ κόσμος ἐν ᾧ λήγει, οὐκ ἔστι καταλαβεῖν;* atque adeo habere illum posse *ἢ στρογγύλην, ἢ τρίγωνον, ἢ οἵαν δήποτε περιγραφήν.* Vide sis Gassend. p. 394. Hinc tamen non sequitur, quod suam de Terrae et Mundi figura opinionem pro-

ferre nequiverit; quippe quam e phaenomenis erui posse putaret, quod heic exsequitur. Procul dubio hanc fuisse Epicuri opinionem testatur Tullius in II. de Natura Deorum (Cap. XVIII.), ubi Balbus Epicureis oggerit: *Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis: nam posse fieri, ut sit alia figura, innumerabilesque mundos alios aliarum esse formarum.* [*Idem.*] Num vocabulo ὑφὴν rarissimo, quo carent Lexica, usus fuerit Epicurus, equidem dubito maximopere, et legendum censeo ὑψίστην. [*O.*]

v. 11. *τοῦ κέντρου*] Haec vox, licet dilaniata, satis perspicua est, ni fallor. Quod si ita est, idem ferme Epicurum sensisse ac Aristotelem fateberis, qui in *de Mundo* Cap. 3. sic scripsit: *Κόσμου τὸ μέσον, ἀκίνητόν τε ὂν καὶ ἑδραῖον, φερέσβιος εἴληχε γῆ . . . . τοῦ δὲ σύμπαντος οὐρανοῦ τε καὶ κόσμου σφαιροειδοῦς ὄντος, καὶ κινουμένου, καθάπερ εἶπον, ἐνδελεχῶς δύο ἐξ ἀνάγκης ἀκίνητά ἐστι σημεῖα κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλοις . . . . καλοῦνται δ' οὗτοι πόλοι, δι' ὧν εἰ νοήσαιμεν ἐπεζευγμένην εὐθεῖαν, ἣν τινες ἄξονα καλοῦσι, διάμετρος ἔσται τοῦ κόσμου, μέσην μὲν ἔχουσα τὴν γῆν, τοὺς δὲ δύο πόλους πέρατα.* Idem habet Ptolemaeus Lib. I. 3. Obstare tamen alicui fortasse videbitur fidus Epicuri interpres Lucretius, qui *medium* h. e. centrum nullum esse in universo contendit; sic enim cecinit Lib. I. v. 1069:

Nam medium nihil esse potest, ubi inane, locusque
Infinita: neque omnino, si iam medium sit,
Possit ibi quidquam hac potius consistere causa,
Quam quamvis alia longe regione manere.

Verum heic tantummodo negat Epicureus Poeta, esse in universo punctum medium, ad quod gravia omnia tendant, et ibidem nitantur, quód *centrum gravitatis* vulgo appellant: adeoque irridet, qui antipodas in opposita nobis parte vagari posse, quin in coelum reciderent, contendebant. En eius carmina Lib. I. v. 1051:

Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,
In medium summae (quod dicunt) omnia niti.
Atque ideo mundi naturam stare sine ullis
Actibus externis, neque quoquam posse resolvi
Summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa.
. . . .
Et simili ratione animalia subtu' vagari
Contendunt, neque posse e terris in loca coeli
Decidere inferiora magis, quam corpora nostra
Sponte sua possint in coeli templa volare.

Exinde tamen non negat, tellurem in medio universi, coelestibus corporibus circumfusam, posse consistere; quinimo diserte affirmat in

versibus superius recitatis. Verba igitur πρὸς τοῦ κέντρου idem prorsus heic sonant, ac superiora ἐν μέσῳ. [*Rosin.*]

v. 11. 12. περιέχοντος τοῦ παντὸς] Residua elementa et spatiola has voces tantum non respuunt; has ipsas tamen heic desiderari pro certo habemus. In superiori enim annotatione satis, ut puto, ostendimus, Epicuri mentem fuisse, ut doceret, terram in mundi medio esse positam. Itaque sicut prius dixerat ἐν μέσῳ τοῖς τόποις, sic postea dixit πρὸς τοῦ κέντρου περιέχοντος τοῦ παντός. Appellasse autem Epicurum τὸ περιέχον universum mundi systema, satis compertum habemus. Siquidem ea voce utitur in Epist. ad Herodot. §. 46. et ad Pythocl. §. 88. ait: κόσμος ἐστὶ περιοχή τις οὐρανοῦ, ἄστρα τε καὶ γῆν, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα περιέχουσα, ἀποτομὴν ἔχουσα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου καὶ καταλήγουσα ἐν πέρατι ἢ ἀραιῷ ἢ πυκνῷ. Quibus verbis plane gemella sunt, quae in fragmentorum primo sic legimus: περιληφθείη διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος πυκνότητα ἢ ἀραιότητα, ὥστ' ἀποδιδόναι . . . . Non recte igitur Stephanus τὸ περιέχον ad ambientem tantum aërem coarctavit.

Quidquid autem sit de absoluta voce περιέχοντος, heic certe omnem tollit ambiguitatem sequens τοῦ παντός. Etenim τὸ πᾶν, vox apud philosophos frequentissima, nonnisi *Universum*, vel *rerum Universitatem*, vel *Universam naturam*, vel *Omnia*, vel interdum *Omne*, ut reddit Tullius, vel *rerum summam*, *summam omnem*, aut *summai totius summam*, ut Lucretius, significat; eodemque sensu passim ab Epicuro accipitur in Epist. ad Herodot. et ad Pythoclem; quin per eam non corpora tantum, sed et vacuum complectitur; ait enim: τὸ πᾶν ἐστι πῇ μὲν σῶμα, πῇ δὲ κενόν. Hinc Plutarchus ait de Placit. Philos. Lib. I. Cap. 5. Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὴ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι, καὶ τὸ σωματικόν. [*Idem.*]

ibid. καὶ τόδ' ἐγκαιλάναι] Sic lego; etsi contra receptam orthographiam ante *K* adpictum sit *N*. Huiusmodi enim regulam saepe neglectam a nostris amanuensibus alibi vidimus. (ad Lib. II. Col. X. init.) Quod si haec lectio non probetur, lege sis καὶ τὸ μὲν κοιλάναι. Hinc autem fortasse argui potest, coeli ἔτυμον potius ἀπὸ τοῦ κοίλου, quam a latino verbo caelo esse trahendum. [*Idem.*]

v. 13. et seq. καὶ κάτω· ἄλλους δὲ παρὰ γῇ φραγμοὺς εἰς τοῦτο συναπτομένους εἶναι] Quod heic supplementum habes, sponte, ni fallor, non modo e residuis elementis et spatiolis fluit, sed toti sententiae respondet. Φραγμοὺς autem procul dubio appellat materies aeriformes, quae terram undique continent ac sustentant, et quas ipse in laudatis Epistolis appellat ἀέρων ὑπερείσεις, nec non ἀέρας συμφώνους. Idcirco ait: εἰς τοῦτο συναπτομένους, *in hoc conspirantes*, ut scilicet terram complecterentur. Scribebat enim ad Herodot.

§. 74. τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐπέχεσθαι, ὡς συγγενῆ τούτῳ, ὥσπερ καὶ τὰ ζῶα τῇ γῇ. Hoc nempe est, quod Lucretius vocat *naturam uniter aptam partibus aëriis.* En eius carmina Lib. V. v. 535:

Terraque ut in media mundi regione quiescat,
Evanescere paullatim et decrescere pondus
Convenit; atque aliam naturam subter habere
Ex ineunte aevo coniunctam, atque uniter aptam
Partibus aëriis mundi, quibus insita sidit.

et v. 554. ait terram esse

Partibus aëriis mundi coeloque revinctam.

Huiusmodi sepimenta Parmenides appellavit στεφάνας περιπεπλεγμένας. Vid. Plutarch. op. cit. C. 7. et Stob. p. 50 et 51. Aristoteles dixit χώρας. Alii autem Philosophi commenti sunt sphaeras concentricas, ut notum est. Vid. Aristot. de Mundo C. 2. [*Idem.*]

v. 16. στρογγύλον] Residua huius vocis elementa in Autographo exstantia hanc vocem procul dubio inclamant. Ea saepius usus est Epicurus, ut videre est in allato superius loco, et alibi apud Laertium. Eademque usi sunt et alii Physici, qui terram rotundam dixere. Vid. Laert. Lib. VIII. §. 48. [*Idem.*]

v. 17. τηρήσασθαι] Nil melius vel opportunius ad implendam lacunam succurrit. [*Idem.*]

v. 20. κατὰ σχῆμα κώλων] Non utique in ea sententia Noster fuit, qui mundum putaret magnum esse animal, cuius partes membra forent; ab ea enim longe abhorrebat. Non dubitavit tamen τοῦ παντὸς partes *quasi membra* ad faciliorem intelligentiam appellare. Ideoque fidissimus eius interpres Lib. V. v. 550:

Certaque pars eius, quasi nobis membra, videtur. [*Idem.*]

v. 21. κοινὴν πάντοσε μορφὴν τηρῆσαι] Haec verba ad sententiam sustentandam ex ingenio supplevimus; vel, si mavis, lege: κοινὴν παντὸς περιγραφὴν συλλαμβάνειν. Eodem enim recidit. [*Idem.*]

COLVMNA II.

v. 1. συμφώνων τοίχους] Si truncam primam vocem ita restituas, supple ex antecedenti ἀέρων: nec haesites. Quod enim heic appellat τῶν ἀέρων συμφώνων τοίχους, mox in Col. XII. v. 13. dictum videbis συμφώνων ἀέρων ὑπερείσεις. Nec nimis duram huiusmodi metaphoram dixeris. Quemadmodum enim Latini *consonare* dixerunt, quidquid cum alio apte conveniat, sic et Graeci συμφωνεῖν. Vide Lexicographos. Τοίχους autem ne putes heic intelligere, quos commenti erant, qui terram cylindricam tympani segmento similem ad-

struebant, quos ipse carpere videtur Fragm. No. 5., ut adnotavimus in Schol. ad Col. I. v. 9., neque eadem haec *moenia* sunt, atque illa, quae Lucretius pluries appellat *moenia Mundi:* hoc enim nomine intelligit ex Magistri doctrina extremum coelum, quod totum hunc mundum circumtegit, et ab aliis innumeris mediante intermundio disterminat. Sic Lib. I. v. 1094:

. . . . . at supra circumtegere omnia coelum,
Ne volucrum ritu flammarum moenia mundi
Diffugiant subito magnum per inane soluti.

Moenia igitur terrae procul dubio repagula illa, *φραγμοὺς συναπτομένους*, appellat, quae ex aëre terram obvolvente efformata concipiebat; nec enim aliud nomen ὑπαρκτικὸν respicit μετοχὴ illa ποιήσαντες nisi τὸ φραγμοὶ, non secus ac in cit. Col. XII. scribit: ῥόον τὸν τὰς συμφώνων ἀέρων ὑπερείσεις πεποιηκότα. Vocem autem τοῖχος pro quocumque repagulo sumi posse vel tironibus compertum est. [*Rosin.*]

v. 4. πρὸς τὴν δίναν] Vox δίνη et δίνησις saepe occurrunt in Epicuri scriptis, quae nobis servavit Laertius: apparent etiam in Fragm. 5. (vide Antemonitum) et nos supplevimus in seq. Col. X. v. 9. Accusandi autem casus apud Atticos est δίνην, ut in citatis Epicuri locis effertur: contra tamen heic aperte legitur δίναν. A librario igitur potius, quam ab auctore, permutatio profecta esse videtur. [*Idem.*]

v. 8. κεφαλῆς πάντοτε συμπεριαγούσης] Hanc lectionem non improbaveris, si totum contextum respicies. Utique συμπεριάγειν in re praesenti usurpatur. In simili argumento Ptolemaeus Μεγάλ. Συντάξ. Cap. VII. sic scribit: εἰ γὰρ καὶ τὸν ἀέρα φήσαιεν αὐτῇ (γῇ) συμπεριάγεσθαι . . . . καὶ αὐτὴ ὥσπερ ἡνωμένη τῷ ἀέρι συμπεριήγετο. Ex his porro vides, nullum telluris motum, ne diurnum quidem circa axem, agnovisse Epicurum, sed absurdum et phaenomenis repugnantem duxisse. [*Idem.*]

v. 14. οὐ διωρισμένων] Unam Epicurus vim in terra agnoscebat, cuius ope superiori vortici resisteret et stabilis permaneret, quae ab aëris eam obvolventis adscensione oriretur. Hinc Lucretius Lib. I. v. 562:

Iamne vides, quantum tenuis natura valere
Possit, ubi est coniuncta gravi cum corpore, ut aër
Coniunctus terris . . . .

Nec tamen, pro sua philosophandi ratione, aliis quoque viribus pollere negabat, queis immota consisteret, sed quoniam hae vires exploratae adhuc non forent, pro certo nihil definiri posse aiebat. Vide sis nostrum commentarium in h. l. [*Idem.*]

v. 20. *μάταια πονεῖν*] Sic lego. Similem phrasin habes apud Platonem in Timaeo Oper. Tom. III. p. 40. ex recens. Serrani: *τὸ λέγειν ἄνευ διόψεως περὶ τούτων αὐτῶν μιμημάτων, μάταιος ἂν εἴη πόνος.* [*Idem.*]

COLVMNA III.

v. 2. *ὑποκειμένων*] Supple *σωμάτων*, *corporum*, nempe primitivorum, quae sunt aliarum concretionum subiectum et quae *ἄτομα* ab eorum natura appellavit Epicurus. Is enim hasce *ἀτόμους* modo dixit simpliciter *σώματα*, modo *τῶν σωμάτων ἀρχάς*. *Ἀρχαὶ* autem *τῶν σωμάτων* idem, puto, sunt, atque *σώματα ὑποκείμενα*, h. e. *corporum subiectum*, sive *semina*, ut ait Lucretius. Fortasse autem idcirco hac insolenti voce utitur, quia illis Philosophis respondet, qui tellurem circa suum axem rotare adstruebant ex eo, quod rotationis motum primae materiei, quam *ὑποκείμενον* dixerunt, impressum opinabantur. Et quidem Timaeus apud Platonem Tom. III. p. 97. (ed. H. Steph.) sic aiebat: *ἀρχὰ μὲν τῶν γεννωμένων, ὡς ὑποκείμενον, ἁ ὕλα*, et Plutarchus de Stoicor. Repugn. Tom. II. p. 1054. *ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσιν.* [*Rosin.*]

v. 3. *ἐπάλλαγμα*] Etsi a vulgatis Lexicis absit, nemo tamen hanc Graecis vocem abiudicaverit, quibus *ἐπάλλαξις* ignota non fuit. *Ἐπάλλαξις* vero, teste Budaeo, proprie significat *indiscretum ab altero in alterum transitum, ita ut oculum fallat*, quae significatio mirifice huic textui quadrat. Etenim ex Epicuri mente non solum difficile foret concipere quamcumque telluris *περιστροφὴν*, ut Ptolemaeus appellavit *Μεγ. Συντάξ.* L. I. C. 7., sed ne *ἐπάλλαγμα* quidem, h. e. *insensibilem conversionem.* [*Idem.*]

v. 6. *ἢ ἄνω ἢ κάτω*] Id fortasse eo adludit, quod inter Physicos non conveniret, cuius figurae tellus esset: alii enim cylindricam, alii tympani segmento similem, alii rotundam adstruebant. Quocirca, cum, quanam ex parte magis premeretur, definiri non possit, ait: *sive supra, sive infra*, h. e. quacumque ex parte a superimposita mole gravetur. [*Idem.*]

v. 7. *κατάστασιν οἰκοδομῆς*] Sic corruptissima verba lego, nec temere. *Κατάστασις* enim idem ferme valet, quod alibi *σύστασιν* dixit, ut in Epistola ad Herodot. *ἐν τῇ τοῦ κόσμου συστάσει. Οἰκοδομὴ* autem terra habitabilis haud improprie appellatur. Sic Lucretius canere non dubitavit Lib. II. v. 1109:

Aptaret spatium coeli domus, altaque tecta
Tolleret a terra procul, et consurgeret aër.

Haec autem, ni fallor, est totius commatis sententia. Cum noster stabilem terram, et nulli externo impulsui obnoxiam dixerit, opus habuit aliquid illis Physicis oggerere, qui mobilem illam circa suum axem adserebant ob constantem rotationis motum materiae ab initio impressum, atque adeo hominibus insensibilem. Itaque sic arguit: perpetuus et constans rotationis motus in primigeniis corporibus concipi hodie non potest: etsi enim semina illa suapte natura

Multimodis volitent aeterno percita motu,

ut cecinit Lucretius Lib. II. v. 1054.; in coagmentatione tamen terrenae huius aedificationis illum amittere debuerunt. Sic enim ipse docebat, ut habes in Epistola ad Herodotum §. 43: κινοῦνταί τε συνεχῶς αἱ ἄτομοι . . . . εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ αἱ μὲν εἰς μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων διΐστανται, αἱ δὲ σχεδὸν τὸν παλμὸν ἴσχουσιν, ὅταν τύχωσι τὴν περιπλοκὴν κεκλιμέναι, ἢ στεγαζόμεναι ὑπὸ τῶν περιπλεκτῶν. Hucusque igitur orationis filum tenere quivimus, ut habes in Commentario: heic abrumpitur, et ingens sequitur lacuna; quapropter et quarta abest columna, ut ab initio monuimus. [*Rosin.*]

Reliqua huius columnae in Autographo litterarum elementa, de quibus tanquam conclamatis manum tollit doctissimus Rosinius, nec ipse restituere ausim; nam Davus sum non Oedipus. Attamen duo verba proxime sequentia *AA* . . . . et in sequentis lineae 9. initio *ΑΠΕΙΡΙΑ* cum praecedentibus supplemento fortassis non prorsus improbabili nec a Rosinii huius loci explicatione abludente coniungere tentabo, ita scil.: τοιαύτην ὑφ' ἓν ἔχει κατάστασιν οἰκοδομῆς λαθοῦσαν ἢ ἀπειρία. ut sensus sit: *coniunctam tamen sive superius sive inferius occultamque quandam habet aedificationis compagem infinitum.* Est scil. ἀπειρία vocabulum Epicuro proprium, *infinitum* vel *infinitio*, ut Cicero reddit de Finibb. Lib. I. Cap. VI. *infinitio ipsa, quam* ἀπειρίαν *vocant, tota ab illo est.* Ἀπειρία itaque i. q. τὸ πᾶν, sive ἄπειροι κόσμοι, ἀπειρία τῶν κόσμων, ut ait ipse Epicurus in Epistola ad Herodot. §. 45. ap. Laert. vel etiam, si ἀπειρία vulgari sensu accipere malimus pro *inscitia*, *imperitia*, sensu haud incommodo legi posset: τοιαύτην ὑφ' ἓν ἔχει κατάστασιν (scil. τὰ ὑποκείμενα) λαθοῦσαν τῇ ἀπειρίᾳ τῶν, *talem habent illa corpora aedificationis compagem*, *quae fugit imperitiam eorum* (scil. philosophorum, quos in sequentibus, quae interciderunt, fortassis perstrinxit Epicurus). Sed prius praefero. [*O.*]

COLVMNA IV.

Sequitur iam Columna, quam tanquam conclamatam prorsus et ex elementis plane alienis consarcinatam intactam reliquit Rosinius.

(Vide eius Antemonitum.) Tentabo tamen primis saltem illius line aliquam lucem affundere, etsi maximopere vereor, ne temeritatis arrogantiae notam incurram apud viros eruditos, si quid periclitat fuero in loco tam difficili et misere lacero. Ante omnia primos huiu columnae versus, prout in Tabula Autographi illos legisse mi visus sum, hic subiicere liceat:

v. 1. ΚΑΤ... ΗΘΕΝ ΕΙ... ΙΑΙΟΥ
ΑΝ... ΡΑΓΜΑΤ... ΚΑΤΟ
ΨΙΝ Ε... ΑΤΩ ΑΝΑ
ΠΕΜ... ΕΝΟΝ ⊦ ΟΥ ΓΙΝΕ
ΤΑΙ ... ΝΩ ΚΑΙΝ... Ν ΚΑ
... ΑΛ... ΤΑΣ Λ... Ν ΡΕ...
Β... ΚΕ... Ι.

Primum v. 1. verbum, supplendum fortassis κατανοηθὲν, procul dubi finem facit periodi, cuius initium in extremis praecedentis columna lineis olim lectum, iam plane detritum est. Sequentia verba ει . . . ιαιου (forte βιαίου) ἂν . . . . πράγματ(ος), *rei difficilis*, *quae ex pediri non potest*, ut nos dicimus *eine heikle*, *mifsliche Materie* (Simili sensu Epicurus usurpat v. παραβιάζεσθαι ad Pythocl. §. 86 μήτε τὸ ἀδύνατον παραβιάζεσθαι.) aliis doctioribus et acutioribus ex pendenda relinquo. Quae sequuntur, prorsus conspirant cum iis qua leguntur infra Col. VIII. τῶν κάτοψιν ἀναπεμπομένων πρὸς ἐπιγείου etc. quare legendum censeo: κάτοψιν ἐπὶ τὰ κάτω ἀναπεμπόμενον ⊦ est nota librariorum finem periodi significans. Iam ex sequentibu verbis fortassis sententiolam aliquam haud prorsus improbabilem ex piscari licet. Lego scil. οὐ γίνεται ἄνω καινὸν, καὶ τὰς ἀλλοιότητα λαμβάνον ῥέμβει (vel ῥέμβεται) ἐκεῖ. *Nil novi fit supra* (scil. *sole vel coelum stellatum*) *nec illic quidquam sese volutat*, *quod mutationes accipere possit.* Aut omnia me fallunt, aut loquitur h. l. Epicurus ἐν παρόδῳ de *intermundio*, h. e. non singulorum corporum coelestium, quae innumera statuebat, interstitio, sed de spatio illo inter nostrum mundum visibilem et extremum coelum, quod Lucretius appellat *moenia mundi*, in quo intermundio tanquam aeternae tranquillitatis sede Deos suos collocabat Epicurus. *Heic*, inquit, *nihil novi fieri*, *nihil versari*, *quod mutationes aliquas accipere possit.* Eandem sententiam carmine extulit Lucretius Lib. V. v. 146. et seqq.:

Illud item non est, ut possis credere, sedes
Esse Deûm sanctas in mundi partibus ullis.
Tenuis enim natura Deûm, longeque remota
Sensibus a nostris, animi vix mente videtur.

. . . .
. . . .

Quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse
Dissimiles debent, tenues de corpore eorum.

et Cicero de Divinat. II. 17. inquit: *Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabiles, et habitantis, tamquam inter duos lucos, sic inter duos mundos.* De reliquis, quae in hac columna leguntur, tanquam conclamatis plane et vix Oedipo alicui solvendis, manum tollo. [*O.*]

COLVMNA V.

v. 1. ἀνατέλλων] Supple ex antecedenti ἥλιος. Scitum est enim ἀνατολὴν proprie dici de sole, sicut de ceteris astris ἐπιτολήν. [*Rosin.*]

ibid. ἀνατείνοντες] Etsi ἀνατείνειν ut plurimum valet *sursum tendere;* heic tamen vertendum duximus *retro tendere.* Veteres enim orientalem plagam quasi superius positam concipiebant: itaque *ad ortum adscendere*, ut *ad occasum descendere*, dictitabant. Qua in re Xenophon potissimum atque Arrianus memorandi sunt, qui Cyri et Alexandri ad orientales plagas expeditiones enarraturi libros suos ἀναβάσεως nomine inscripserunt: contra vero militum ad occidentem reditum κατάβασιν frequentissime nuncuparunt. Profecto his verbis Xenophon ad ultimum librum absolvendum utitur: Ἀριθμὸς συμπάσης τῆς ὁδοῦ τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως σταθμοὶ διακόσιοι δεκαπέντε, παρασάγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα, στάδια τρισμύρια τετρακισχίλια διακόσια πεντήκοντα πέντε, χρόνου πλῆθος τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως ἐνιαυτὸς καὶ τρεῖς μῆνες. Quapropter cum heic intelligendus sit Epicurus de transitu versus orientem, unde conspici posset sol occidens, necesse est intelligatur spectator, qui post solis ortum retro tendit, ut inde adspiciat eundem solem occidentem. Sic Galenus apud Stephanum: ἀνατείνεται πρὸς τὴν ἄνω χώραν, *retro tendit ad superiorem regionem.* [*Idem.*]

v. 6. οὐδὲ πολλὴν etc. etc.] Ut huiusmodi phaenomenon eveniat, de quo loquitur Epicurus, ut scil. videatur sol ibidem occidere, ubi orientem mane vidimus; necesse est spectator retro gradiens totum horizontem visualem immutet, si in plana versetur tellure: cuius horizontis diameter, cum sit milliariorum octoginta, opus est, saltem huius spatii medietatem percurrat; secus vero, si inter montes versetur. [*Idem.*]

v. 10. πλαγιασμοὺς] Haec vox obvia non est. Hermogenes usurpat, cum de ratione argumentandi ἐκ τοῦ πλαγίου, *ex indirecto*, verba facit. Heic autem procul dubio pro obliquo solis flexu accipienda est: quae obliquitas ab aliis astronomis λοξότης dicebatur. Vide Geminum Astronom. Cap. V. Simili quoque sensu οὐρανοῦ λέ-

ξωσιν ipse adhibuit Epicurus ad Pythocl. §. 93. τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης ἐνδέχεται γίνεσθαι κατὰ λόξωσιν οὐρανοῦ, οὕτω τοῖς χρόνοις ἠναγκασμένου. *Solis lunaeque conversiones possunt fieri secundum obliquitatem coeli, quod ad varias tempestates efficiendas hanc positionem debet habere.* [*Idem.*]

ibid. ἀρτίως δρᾶσθαι] Hae voces, ni fallor, et sententiae et residuis elementis et lacunae congruunt: τὸ ἀρτίως autem eo sensu accipimus, quo apud veteres Lexicographos, ut nempe idem sit, ac πεπληρωμένως, συνηρμοσμένως, ἀπηρτισμένως, *perfecte*, *ad amussim.* Etenim, si ab aliquo puncto non multum abscedas, ait Epicurus, licet eadem solis obliquatio nudis oculis appareat, ope tamen instrumenti non eadem ad amussim esse dignoscitur. [*Idem.*]

v. 12. καταστάθμησιν] A Lexicographis huiusmodi vox ignoratur, quae heic geminata perspicue legitur. Eius tamen explicatio non admodum difficilis videtur. Etenim στάθμην Graeci dixerunt *regulam* sive *amussim*, ad quam fabri operis rectitudinem expendunt: hinc κατὰ στάθμην, *ad amussim*, et σταθμᾶσθαι, *ad amussim exigere.* Quin hoc verbum usurpatum invenitur a Callimacho apud Laertium in Thaletis vita §. 5. ad signandas astronomicas mensuras:

Καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
Τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

Et in Platonicis verbis a Timaeo illustratis invenitur: Σταθερὰ μέσης ἡμέρας, ὅτι κατὰ κορυφὴν ὁ ἥλιος γίνεται. (Vide Ruhnken. p. 235. ed. nov. At hoc verbum plane alienum a nostro loco. *O.*) Derivatum igitur καταστάθμησις heic aliud esse non potest, quam vel instrumentum, cuius ope solis obliquationes expenderentur, vel ipsa per instrumentum exploratio. Heic sane instrumentum denotat: cuiusmodi autem fuerit, videant Astronomi. Procul dubio talia instrumenta veteres non ignorarunt. Huiusmodi fuit ἡλιοτρόπιον, quod τὰς ἡλίου τροπὰς signabat, ab Homericis usque temporibus, si Menario credimus, inventum. (Conf. intpp. ad Odyss. XV. 403. *O.*) Huiusmodi fuit Anaximandri γνώμων, de quo Suidas: πρῶτος γνώμονα κατεσκεύασε πρὸς διάγνωσιν τροπῶν θ' ἡλίου, καὶ χρόνων, καὶ ὡρῶν, καὶ ἰσημερίας. Huiusmodi fuere παραπήγματα, quibus teste Vitruvio de Archit. Lib. IX. Cap. VII. *utebantur ad siderum ortus et occasus, tempestatumque significationes inveniendas;* et quae ab usque Democriti aevo Graecis cognita fuere. Vide Fabric. Hisce nunc καταστάθμησιν adcense: quae fortasse nil aliud erat, quam mobilis regula, sive διόπτρα perpendiculo infixa, quae hinc inde in gyrum conversa varia puncta in supposito quadrante signaret, ad quae oculum intenderet speculator. Patet autem, hoc in loco dormitantem calligraphum bis eadem verba, τὴν ἐνθένδε καταστάθμησιν, adpinxisse,

quae obelo sunt configenda. Cum enim ad alterum ἐνθένδε devenisset, rursus oculos ad prius intendens, somnolenter iterum exscripsit καταστάθμησιν ἢ τὴν ἐνθένδε: quod alibi etiam passum esse observavimus. Vide Tom. I. (Volum. Herculan.) Col. XXIX. et XXXVI. [*Idem.*]

v. 15. 16. ἐκτρεπέσθαι ἡμῖν δείκνυσιν ἀλλοίαν] Ad lacunam implendam, sententiamque fulciendam haec verba, ni fallor, opportuna sunt; si instrumentum concipias, quod paullo ante descripsimus. [*Idem.*]

v. 17. καταστάθμησιν] Heic procul dubio καταστάθμησις non instrumentum, sed ipsius effectum denotat, puncta scilicet, quae regula in quadrante designat. [*Idem.*]

v. 18. ἀνατολῶν καὶ δύσεων] Notum est hasce voces in plurali numero varias ut plurimum solis in ortu et occasu positiones designare, sive varia, quae sol horiens et occidens puncta per varias anni tempestates in horizonte percurrit. Sic apud Aristotelem de Mundo Cap. IV. ἀνατολαὶ καὶ δύσεις αἱ μὲν θεριναί, αἱ δὲ ἰσημεριναί, αἱ δὲ χειμεριναί. et ipse Epicurus in Epist. ad Herodot. §. 79. πλείονας αἰτίας εὑρίσκομεν τροπῶν, καὶ δύσεων, καὶ ἀνατολῶν: et ita etiam in seq. columna. Hinc firmatur, quod supra de καταστάθμήσει disseruimus. [*Idem.*]

COLVMNA VI.

v. 1. ὁμοίωμα] Haec vox idem profecto ex Epicuri mente heic valet ac ὁμοιότης φαντάσματος, qua usus est in Epistola ad Herod. §. 49. vel ὅμοιος τύπος, qua usus est in praecedenti libro II. Col. VI. v. 1. et 2. ut scilicet significaret *idolum*, sive imaginem ὁμοιόχροον καὶ ὁμοιόμορφον, quae a corpore emissa oculis accipitur. Vide quae ibidem adnotavimus. Propterea adhibet verbum λαβόντες, ut in cit. Epist. ad Herod. §. 51. ubi scripsit: ἡ γὰρ ὁμοιότης τῶν φαντασμάτων οἱονεὶ ἐν εἰκόνι λαμβανομένων. [*Rosin.*]

v. 3. συλλογίζεσθαι] Nihil procul dubio aliud heic insinuat, quam quod saepe alibi, errorum scilicet causas non in sensibus, neque in phaenomenis, sed in intellectu esse διὰ τὸ συλλογίζεσθαι. Sic enim scribebat is ad Herodotum apud Laertium Lib. X. §. 50., ut probe legit Rossius in suis Comment. Laertian. §. 98. p. 281. τὸ δὲ ψεῦδος, καὶ τὸ διημαρτημένον ἐν τῷ προσδεξαζομένῳ ἀεί ἐστιν κατὰ τὴν κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διάληψιν δὲ ἔχουσαν, καθ' ἣν τὸ ψεῦδος γίνεται. Quare canebat Lucretius Lib. IV. v. 466:

καὶ ἐπεμαρτυρήθη δι' αὐτῆς τῆς ἐναργείας. His positis probe vides, cur tantopere Epicurus distinguendum Philosopho inculcet, num de mundo, et mundanis phaenomenis disputet, an de meteoris, quae tam longe a nobis distant, cum nullatenus fieri possit, ut evidentia suffragetur in tanta rerum distantia. Vide nostrum Commentarium h. l. [*Rosin.*]

COLVMNA VIII.

v. 2. *ὑποκείμενον*] Etsi *ὑποκείμενον* apud Graecos scriptores plerumque notet *orationis subiectum* sive argumentum; alibi tamen sumitur pro *subiecto*, sive corpore, unde idola emanant, ut Epist. ad Herodot. §. 50. *τὸ ἓν καὶ συνεχὲς καὶ σῶζον τὴν συμπάθειαν ὑπὸ τοῦ ὑποκειμένου*, vel, ut heic, pro corpore, in quod cadunt Physiologorum observationes. Sic ait Plutarchus in vita Periclis: *ὑπέκειτο μὲν τῷ φυσικῷ, ἐκ τίνων γέγονε, θεωρῆσαι.* Sic ipsemet Epicurus ad Herodot. §. 72. *ὅσα ἐν ὑποκειμένῳ ζητοῦμεν ἀνάγοντες ἐπὶ τὰς βλεπομένας παρ' ἡμῖν αὐτοῖς προσλήψεις.* Heic igitur *ὑποκείμενον* est corpus aliquod coeleste, quod physicus in sublimi observat, nec tamen potest in tanta distantia quaquaversum examinare: idcirco ait *βλέπων τύχῃ.* [*Rosin.*]

v. 4. 5. *τό τε κατὰ τὸ ὑποκείμενον λεγόμενον*] Haec phrasis idem valet ac *omne id, quod subiecto inesse vel adseritur vel negatur, inspecta eius natura.* Sic Aristoteles Topic. V. Cap. 3. *τὸ ἴδιον τὸ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένον.* et infra: *τὸ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἴδιον τοῦ ὑποκειμένου.* [*Idem.*]

v. 7. 8. *περιλαμβανόμενον ἐκ τοῦ ὑποκειμένου*] Sic legendum esse patet ex columna sequente v. 6. ubi hanc ipsam propositionem adsumit, atque ait: *ἐκ τοῦ ὑποκειμένου δὲ ληπτέον.* E subiecto autem aliquid *concipere* idem est atque e subiecto aliquid per inductionem cognoscere, quod extra subiectum sit, et ipsius naturam directe non respiciat. [*Idem.*] Atqui diversissimus est sensus verborum *cognoscere e subiecto*, *λαμβάνειν ἐκ τοῦ ὑποκειμένου*, et *περιλαμβάνεσθαι . . . τοῦ ὑποκειμένου*, *comprehendi subiecto*, quod heic legimus; et cum maior vocis detritae lacuna (vide Tab.) vocem duabus ad minimum literis maiorem requirere videatur, malim legere *περιλαμβανόμενον ὑπὸ τοῦ ὑποκειμένου.* In textu Graeco Rosinii operarum vitio soloece legitur *περιλαμβανόμενον ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου.* [*O.*]

v. 11. *διαδικασίαν*] Sic restituendam remur capite truncam vocem *ασιαν*. quae in Autographo cernitur. *Διαδικασία* autem, etsi a Polluce quater inter forensia vocabula recenseatur, Lib. IV. §. 24. et III. (§. 6. 25. 51.) et Suidas explicet pro controversia, ἣν ποιοῦν-

καὶ τινες τοῖς μέλλουσι λειτουργεῖν: Diogenes tamen apud Etymologicum M. etiam ad alias quaestiones extendit. Hesychius vero praeter vulgarem forensem significationem sumi etiam pro *ἀμφισβητήσει* et *κρίσει* affirmat. Recte igitur heic pro philosophica quaestione accipi potest. Quales sint autem quaestiones, quae circa propositum solis subiectum oriri possunt, ipsemet Epicurus enumerat in Epist. ad Pythocl. §. 93. et seq. nec non fidus interpres Lucretius Lib. V. Vide, si lubet. [*Rosin.*]

v. 13. *ὅ,τι τοῦ κόσμου εἰκότως ἀδημονεῖ*] Quaestionem hanc, quam *non minimam* appellat, non satis diserte proponit, vel certe ex lacinioso et interrupto textu non satis elucet. Nobis tamen stat sententia, eam esse: an solis motu, qui per eius ortum et occasum nobis sit manifestus, afficiantur item aliae mundi partes, sive utrum coelum cum sole simul circumvolvatur, an quiescente coelo sol gradiatur; tum vero, an suo motu etiam terram impellat. Quod ad primam quaestionis partem nihil certi definiri posse ait, cum impossibile nobis sit omnes inspicere solis apparentias; siquidem iuxta eius doctrinam, de qua in praecedente scholio verba fecimus, nihil certi pronuntiare Physiologus potest de meteoris, quae prae distantia non sunt nostris sensibus *θεωρούμενα.* Sic ipsemet scribebat ad Pythocl. ap. Laert. cuius verba recitavimus in Schol. ad Col. VI. Hinc Lucretius Lib. V. v. 511:

Principio magnus coeli si vertitur orbis,
Ex utraque polum parte premere aëra nobis
Dicendum est, extraque tenere, et claudere utrimque;
Inde alium supera fluere, atque intendere eodem,
Quo volvenda micant aeterni sidera mundi.
. . . .
Est etiam quoque, uti possit coelum omne manere
In statione, tamen, cum lucida signa ferantur.

Quod vero ad secundam quaestionis partem, an scilicet sol et alia coelestia corpora motu suo etiam tellurem impellant, diserte negat inferius. [*Idem.*]

v. 20. *καὶ τλῆμον*] Residua posterioris vocis elementa *T*[illegible] indicant, post *τ* extitisse in autographo non *Λ*, sed *Α*: quare legendum censeo *καὶ ταλαίπωρον* vel potius, cum breve spatiolum hanc vocem capere vix possit, *καὶ τάλαν.* — *χαλεπὸν καὶ τάλαν*, *res ardua et misera*, *eine schwierige und miſsliche Sache.* [*O.*]

dem duplicem hanc aëris qualitatem non unus Epicurus adstruxit. Seneca Quaest. Natur. Lib. II. C. 10. sic habet: *Permeat ab aethere lucidissimo aër in terram usque diffusus, agilior quidem tenuiorque, et altior terris, nec minus aquis; ceterum aethere spissior graviorque. . . . . Summa pars eius est siccissima, calidissimaque, et ob hoc etiam tenuissima propter viciniam aeternorum ignium, et illos tot motus siderum, assiduumque coeli circumactum. Illa pars ima et vicina terris densa et caliginosa est, quia terrenas exhalationes receptat.* Vide etiam Plotin., si lubet, Ennead. II. Lib. I. Cap. 6. et seqq. Epicurus itaque heic πυκνότητα appellat, quod ad Pythocl. §. 104. τὴν πέριξ τοῦ ἀέρος πίλησιν. Huic autem densitati aëris, qui terram ambit, tribui posse autumat eius stabilitatem. Quod in Epistola ad Pythocl. §. 112. scripsit: δίνην ἀέρος ἔγκυκλον αὐτῶν προεστάναι, ἣ κωλυτικὴ γίνεται τοῦ μὴ περιπολεῖν. [*Idem.*]

v. 11. τὴν κάτω παρὰ γῆν παχεῖαν κ. τ. λ.] Ex antecedentibus, ni fallor, sponte fluit haec discissi commatis lectio. *Παχεῖαν* vero πυκνότητα circa terram ab Epicuro fuisse adstructam testis est Lucretius, qui Lib. V. v. 695. sic ait:

Aut quia crassior est certis in partibus aër. [*Idem.*]

v. 14. 15. ὑπέρειστιν] Sic restituendam esse capite truncam vocem nemo ambiget, cum eam recurrentem viderit in sequente Columna XII. v. 15. 16. [*Idem.*]

v. 16. τὴν κάτω] scil. φορὰν, quod supplend. ex praeced. φέρεσθαι. [*O.*]

v. 19. Οὐθὲν γὰρ ἡμῖν ἐστι κ. τ. λ.] Consonat Epicuro Plotinus, qui Ennead. II. Lib. I. Cap. 6. scripsit: συμπεριάγειν δὲ τὴν ταχίστην φορὰν (ἡλίου) γεηρὰ σώματα οὐ πιθανὸν εἶναι. [*Idem.*]

COLVMNA XI.

v. 1. δεήσεσθαι] In praecedentibus verbis, quae in lacuna iacent, et e quibus hic infinitivus regi debet, id contineri autumo, quod tellus in medio posita nullo fulcimento indigeat. (Vide nostrum Commentar. h. l.) Adversatur autem Epicurus Physicorum nonnullis, qui terram basi aliqua vel fulcro sustentari asseruerunt. Sic teste Plutarcho de Placit. Philos. Lib. III. Cap. XI. Ξενοφάνης πρώτην (τὴν γῆν) εἰς ἄπειρον ἐῤῥιζῶσθαι. Quod item Auctor Hist. Philos. quae Galeno inscribitur Cap. 21. et Eusebius Praeparat. Evang. Cap. 67. referunt. Aristoteles vero de Coelo Lib. II. Cap. 13. post relatam hanc Xenophanis opinionem subdit: οἱ δὲ ἐφ' ὕδατος κεῖσθαι· τοῦτον γὰρ ἀρχαιότατον παρειλήφαμεν τὸν λόγον, ὅν φασιν εἰπεῖν τὸν Θαλῆτα τὸν Μιλήσιον, ὡς διὰ τὸ πλωτὴν εἶναι μένουσαν, ὥσπερ ξύλον, ἤτοι τοιοῦτον ἕτερον· καὶ γὰρ τούτων ἐπ' ἀέρος μὲν οὐθὲν πέφυκε μένειν, ἀλλ' ἐφ' ὕδατος. [*Rosin.*]

ibid. et seq. παντωχόθεν γὰρ ἴσον ἀπέχουσαν] Quum antea Col. I. statuisset terram ἐν μέσῳ καὶ πρὸς τοῦ κέντρου περιέχοντος τοῦ παντός. Etenim per Geometras ἴσαι εἰσὶν αἱ γραμμαὶ ἀπὸ τοῦ κέντρου εἰς τὴν περιφέρειαν. Et quoniam haec hypothesis est suae opinionis fundamentum; hinc paullo infra v. 10. et seq. subdit: τί δὲ ἀπειρεῖ τοιαύτην ἐν μέσῳ κεῖσθαι τοῦ κόσμου, ὅπερ οὐκ ἀδύνατον εἶναι; Ceterum non unus Epicurus, sed etiam Anaximander, teste Aristotele, terrae stabilitatem ab aequidistantia repetebat: sic enim citato Lib. II. de Coelo Cap. 13. εἰσὶ δέ τινες, οἳ διὰ τὴν ὁμοιότητα, ὥσπερ τῶν ἀρχαίων Ἀναξίμανδρος· μᾶλλον γὰρ οὐθὲν ἄνω, ἢ κάτω, ἢ εἰς τὰ πλάγια φέρεσθαι προσήκει τὸ ἐπὶ τοῦ μέσου ἱδρυμένον, καὶ ὁμοίως πρὸς τὰ ἔσχατα ἔχον· ἅμα δὲ ἀδύνατον εἰς τἀναντία ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν, ὥστ' ἐξ ἀνάγκης μένειν. et paullo post: διὰ τὴν ἀνάγκην μένει (ἡ γῆ) τὴν τῆς ὁμοιότητος, ὥσπερ ὁ λόγος . . . . περὶ τοῦ διψῶντος καὶ πεινῶντος σφόδρα μὲν, ὁμοίως δὲ τῶν ἐδωδίμων καὶ τῶν ποτῶν ἴσον ἀπέχοντος· καὶ γὰρ αὐτὸν ἠρεμεῖν ἀναγκαῖον. [*Idem.*]

v. 3. ἐριπεῖν] Sic legendum nemo fortasse inficiabitur, etsi in pene omnibus vulgatis Lexicis hoc verbum non recenseatur, sed tantum ἐρείπω et ἐριπόω. Etymologicus M. autem inter poeticas voces adnumerat ἐριπεῖν, cui tamen Didymus ab ipso citatus non suffragatur: et Epicurus h. l. aperte refragatur. Satius igitur est Suidam audire, qui sic habet: ἐρείπω βαρυτόνως, καταβάλλω, διαφθείρω, ἐριπεῖν περισπωμένως, καταπεσεῖν. Hesychius item ἐριπεῖν reddidit καταπεσεῖν. Et quidem hac ipsa neutra significatione heic accipiendum esse satis patet: immo vero sic accepisse Lucretius videtur, cum ait Lib. I. v. 1061:

. . . . in loca coeli
Decidere inferiora magis . . . . [*Idem.*]

v. 7, 8. ὁμοιοστελλομένην] Sic lego, quoniam breve spatiolum non capit ὁμοίως στελλομένην. Etsi enim in Lexicis huiusmodi compositum non occurrat, graeci sermonis periti non respuent, quandoquidem habent ὁμοιοκαρπέω, ὁμοιοπατέω, et his similia. Heic autem στέλλω idem valet, ac εὐτρεπίζω, κοσμέω, *bene instruo*, *exorno*, ut interpretatur Etymol. M. vel pressius στολίζω, *amicio*, ut Hesychius. Ne autem putes cum Lexicographis, poeticam potius, quam prosaicam hanc esse locutionem: vadem damus ipsum Epicurum, qui ad Herodot. sic scribebat §. 42. εἴτε γὰρ ἦν τὸ κενὸν ἄπειρον, τὰ δὲ σώματα ὡρισμένα, οὐδαμοῦ ἂν ἔμενε τὰ σώματα, ἀλλ' ἐφέρετο κατὰ τὸ ἄπειρον κενὸν διεσπαρμένα, οὐκ ἔχοντα τὰ ὑπερείδοντα, καὶ στέλλοντα κατὰ τὰς ἀντικοπάς. [*Idem.*]

v. 9. *ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*] Minime audax supplementum dixeris, si totam sententiam spectes itemque memineris, terram per Epicurum esse

Partibus aëriis mundi coeloque revinctam,

ut cecinit Lucretius Lib. V. v. 554. [*Idem.*]

v. 20. *ὁμοιόστολον*] Ex superiori *ὁμοιοστέλλειν* sponte fluit *ὁμοιόστολος*, nec respuit sententia. Utere, si lubet: nobis certe nil melius suppetit. [*Idem.*]

v. 21. *δέρμα*] Levi admodum unius litterulae indicio hanc vocem hariolando adstruximus, quae adiectivum illud *ὁμοιόστολον* sustineret. Etsi enim *δέρμα*, ut docet Eustathius, est *τὸ ἁπλῶς ἐκδερόμενον*, et pro animalium corio proprie sumatur; Etymologicus tamen etiam de humana pelle dici affirmat *παρὰ τὸ τέρμα εἶναι τοῦ σώματος, ὅ ἐστι πλήρωμα*. Quod si ita est, quis neget, metaphorice dici posse de quovis involucro sive tegumento? quemadmodum et Latini *corium* usurparunt? Videant Grammatici. [*Idem.*] Cum, primo excepto, cetera huius vocabuli elementa desint, equidem mallem supplere *τὸ ὁμοιόστολον πανταχόσε δεῖκνυσι*, ita ut *τὸ ὁμοιόστολον*, substantive accipiendum, sit accusativus praedicati, nominativus autem subiecti desit. [*O.*]

COLVMNA XII.

v. 1. *σοφώτερον*] Sic truncam vocem restituo. E praecedentibus enim et sequentibus satis constat, eam opinionem sapientiorem duxisse Epicurum, quae terrae stabilitatem *ἀπὸ τῆς ἰσότητος*, *ab aequalitate*, repeteret; etsi ceteras iuxta suam philosophandi rationem minime improbaret. Et quidem haec eadem opinio Platoni fuit in Phaedone p. 108. cuius verba operae pretium est adscribere, ut clarius nostri mens pateat. Ait igitur: *πέπεισμαι τοίνυν, ὡς πρῶτον μὲν, εἰ ἔστιν (ἡ γῆ) ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περιφερὴς οὖσα, μηδὲν αὐτῇ δεῖν, μήτε ἀέρος πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν, μηδὲ ἄλλης ἀνάγκης μηδεμιᾶς τοιαύτης· ἀλλὰ ἱκανὴν γε εἶναι αὐτὴν ἴσχειν τὴν ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ ἑαυτῷ πάντῃ, καὶ τῆς γῆς τὸ ἰσόῤῥοπον· ἰσόῤῥοπον γὰρ πρᾶγμα ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθὲν οὐχ ἕξει μᾶλλον, οὐδ᾽ ἧττον οὐδαμόσε κλιθῆναι· ὁμοίως δ᾽ ἔχον. ἀκλινὲς μένει.* Quo in loco animadvertere est Epicurum uno verbo *ἰσότητι* complexum esse, quod Plato latius dixit *ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ*, *καὶ ἰσόῤῥοπον τῆς γῆς;* imo etiam quid amplius. Etenim patet, per *aequalitatem*, *ἰσότητα*, tum terrae aequilibrium, tum aequalem aeris amictum, tum vero aequidistantiam a coelo, tum denique coeli ipsius uniformitatem intellexisse. [*Rosin.*]

v. 4. εἴπερ αὐτό ποτε τὸ μένειν κ. τ. λ.] Ut Epicuri mentem nostram lectionem adsequaris, en quomodo eius argumentatio procedit. Cum terra ex antedictis sit rotunda; si detur aliquando in medio Universi constitisse, haec utique ratio est, cur eius statio debeat esse perpetua. Cum enim ibi posita aeque distet a coelo, et aeque aëre ambiatur, in aequilibrio erit, et nullo pacto fieri poterit, ut quoquoversum inclinet. Atque id quidem est, quod modo in superiori columna dixit: οὐκ ἦν ἄτοπον τῆς μονῆς παρασκευαστικόν. Et re quidem vera testatur Aristoteles de Coelo Lib. II. Cap. 13. universos philosophos, qui terram in mundi centro constituebant, rotundam eidem figuram adsignasse; ex hac enim figura, per quam a coelo aequidistaret, eius stabilitatis necessitatem repetivisse: ἔτι προστιθέασι καὶ φασὶ διὰ τὴν ἠρεμίαν ἀνάγκην τὸ σχῆμα τοῦτ᾽ ἔχειν ταύτην. Ipse vero in sequente capite hanc de suo rationem addit: πρὸς δὲ τούτοις δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων τὸ αἴτιον τῆς μονῆς. Εἰ γὰρ φύσει πέφυκε φέρεσθαι πρὸς τὸ μέσον πάντοθεν, ὥσπερ φαίνεται, καὶ τὸ πῦρ πάλιν ἀπὸ τοῦ μέσου πρὸς τὸ ἔσχατον, ἀδύνατον ἐνεχθῆναι ὁτιοῦν μόριον αὐτῆς ἀπὸ τοῦ μέσου, μὴ βιασθέν. . . . . Εἰ τοίνυν ὁτιοῦν μόριον ἀδύνατον ἐνεχθῆναι ἀπὸ τοῦ μέσου, φανερὸν, ὅτι καὶ τὴν ὅλην ἔτι ἀδυνατώτερον· εἰς ὃ γὰρ τὸ μόριον πέφυκε φέρεσθαι, καὶ τὸ ὅλον ἐνταῦθα πέφυκε· ὥστ᾽ εἰ ἀδύνατον κινηθῆναι, εἰ μὴ ὑπὸ κρείττονος ἰσχύος, ἀναγκαῖον ἂν εἴη μένειν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ μέσου. [*Idem.*]

v. 8. αἰθέρι χῶσθαι κ. τ. λ.] Dilaniatum hoc comma, e quo, ut vides, vix pauca discerpta supersunt elementa, restituere hariolando adnisi sumus. Utere, si lubet. Sententia certe procedit.

Etsi autem χόω et χωννύω proprie *terram adgerere* significet, putaverim tamen, recte ad quamcunque adgestionem notandam transferri posse, dummodo, ut heic, designetur, unde adgestio fiat, non secus ac apud Latinos *adgerere* proprie dicitur de terrae coacervatione; Plautus tamen Rud. II. v. 37. *adgerunda est aqua* dicere non dubitavit. Epicurus vero, ut hucusque audivimus, aëre ita obvolutam tellurem reputavit, ut ipsi tanquam repagulo foret; et paullo infra aperte habemus ἀέρων ὑπερείσεις. Quapropter fidus interpres Lucretius Lib. V. v. 468. cecinit:

Sic igitur tum se levis et diffusilis aether
Corpore concreto circumdatus undique sepsit,
Et late diffusus in omneis undique parteis
Omnia sic avido complexu cetera sepsit.

Putabat enim noster, aërem nihil aliud esse, nisi subtiliores terrae partes, quae primitus ex ipsius poris erumpentes in altum adscenderunt. Sic idem Lucretius h. lib. v. 458:

. . . . per rara foramina terrae
Partibus erumpens primus se sustulit aether
Signifer, et multos secum levis abstulit igneis.

Et quidem Plutarchus de Placit. Philos. I. 4. ait: ἐκ μὲν τῶν ὑποκαθιζόντων ἐγεννήθη ἡ γῆ, ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων . . . . ἀήρ. In quem locum rectissime sic animadvertit Eduardus Corsinius: *Quamvis haec universi formatio nulli philosopho nitide distincteque a Plutarcho tribuatur, Epicuro tamen ceterisque atomorum fautoribus adscribi debet.* [*Idem.*]

v. 9. ὡς οὐδ' ἐξ ἐπιῤῥόων ἐλέσθαι] Si lectionem probas, parallela erit Senecae phrasis Quaest. Nat. II. 48. *ut mundus inconcussus eat.* [*Idem.*]

v. 11. δι' ἀνάλογον ῥόον] Sic legendum videtur. Ῥόον enim appellavit continentem idolorum seriem, quae in oculos incurrit, Lib. II. Col. IV. v. 13. et Col. VII. v. 13. Cur non *aëris fluxum* diceret? Ἀνάλογον autem vocat, qui undique terram ingruat, et aeque premat singulas partes ea proportione, ut nullatenus impellere queat, imo potius fulcimento sit, ne aliquo inclinet; atque adeo efficiat, quas heic appellat τῶν συμφώνων ἀέρων ὑπερείσεις, et Col. I. παρὰ γῆ φραγμοὺς συναπτομένους. [*Idem.*]

v. 14. ὑπερείσεις] In superiori Scholio in Col. XI. ad v. 7. Epicuri verba recitavimus, queis σώματα ὑπερείδοντα καὶ στέλλοντα nuncupabat. Huius igitur naturae est aër. Propterea ibi terram aëre amictam, στελλομένην dixit, heic vero τῶν ἀέρων ὑπερείσεις comminiscitur. Etenim solum τὸ κενὸν fulcimentum praestare non posse aiebat ad Herodot. §. 44. ἡ κενοῦ φύσις . . . . . τὴν ὑπέρεισιν οὐχ οἵα τε οὖσα ποιεῖσθαι. [*Idem.*]

v. 16, 17. τῶν προσηλαμένων ἀλλοιότητας] Corpora προσηλαμένα procul dubio intelligit solem, lunam et reliqua astra, quorum motu et conversione terra posset adfici: verum nihil inde timendum esse putat διὰ τὰς ἀλλοιότητας, nempe quia diversi sint generis ea corpora: cuius argumenti rationem reddit Col. sequente. [*Idem.*]

v. 18. ὡς ἂν καὶ τ' ἀπὸ τύπους ὀρθῶς ἐξαχθῶσιν], Miror Rosinium nil adnotasse in verba haec difficillima, quae in versione sua ita reddidit: *quapropter etiam percussiones facile possunt repelli.* Sed quomodo Graeca verba hoc significare possint, non video. Si scriptum fuisset τύποι in nominativo, nulla esset constructionis difficultas. Annon legendum ὡς ἂν καὶ τ' ἀπὸ τούτων (scil. τῶν προσηλαμένων) τύπους ὀρθῶς ἐξαχθῶσιν (quod verbum formatum fortassis ab ἀχθέω, *gravo, premo*, ut sit ἐξαχθέω *reprimo, repello*, ita ut vertendum sit *quare percussiones incurrentium corporum bene possunt*

repellere fulcimenta illa; ὑπερείσεις? Certe forma passiva aoristi 1. coniunctivi verbi ἐρείδω locum hice non habet. [U.]

v. 20. ἐνδέχεται] Tritum est huiusmodi verbum apud Nostrum. Consule sis eius Epistolam ad Pythoclem, ubi, cum de diversis modis, quibus explicari posse putat sublimium corporum phaenomena, agit, passim hoc verbo utitur, e. g. §. 105. σεισμοὺς ἐνδέχεται γίνεσθαι καὶ κατὰ πνεύματος ἐν τῇ γῇ ἀπόληψιν, καὶ παρὰ μικροὺς ὄγκους αὐτῆς παράθεσιν. [*Rosin.*]

COLVMNA XIII.

v. 1. *Πάντα κ. τ. λ.*] Rationem heic reddit noster, cur absurdus non sit, qui putet, coelestia corpora idcirco terram impellere non posse, quia diversae sint naturae. *Cuncta enim*, ait, *cum posita sunt iuxta aliquid a se alienum, corrumpuntur*, id est *propriam virtutem amittunt*. Hoc autem dogma, quod se exposuisse dicit in Lib. II., cum de expedito idolorum motu dissereret, nec ibi, nec alibi invenimus. Exploratum tamen est, Epicureos triplicem tum generationis tum corruptionis causam astruxisse, nempe κατὰ μετάθεσιν, *propter transpositionem*, κατ' ἄφοδον vel, ut Sextus Empiricus, κατ' ἀφαίρεσιν, propter abscessionem vel ablationem, κατὰ πρόσοδον vel, ut Empiricus, κατὰ πρόσθεσιν, *propter accessum, sive additionem*, quae tria sic carmine reddidit Lucretius Lib. I. v. 677:

Sunt quae conservant naturam semper eamdem,
Quorum abitu, aut aditu, mutatoque ordine mutant
Naturam res, et convertunt corpora sese.

Vide Gassendum, si lubet, Cap. *de Ortu et Interitu* p. 206. Ceterum Epicuri sententiam, quam prae manibus habemus, fere κατὰ λέξιν sic reddit idem Lucretius Lib cit. v. 671:

Nam quodcumque suis mutatum finibus exit,
Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.

Et pressius in eandem magistri sententiam cecinit Lib. VI. v. 1117:

Proinde ubi se coelum, quod nobis forte ALIENVM est,
Commovet, atque aër inimicus serpere coepit;
Ut nebula, ac nubes paullatim repit, et omne,
Qua graditur, conturbat et immutare coarctat.
Fit quoque, ut in nostrum cum venit denique coelum
CONRVMPAT, reddatque sui simile, atque ALIENVM.

[*Rosin.*]

v. 3. συναφὲς] Usitatum ab Epicuro vocabulum, ut *complexionem* exprimat. Sic ad Pythocl. §. 85. μετεώρων, εἴτε κατὰ συναφὴν

λεγομένων, εἴτε αὐτοτελῶς. Inter alios autem libros unum περὶ ἁφῆς, *de contactu*, nostrum scripsisse testis est Laertius §. 28. Lib. X. Vide sis Gassend. in h. l. [*Idem.*]

v. 5. εὐοδῶν ἐπὶ φορὰν] De idolorum φορᾷ et celeritate satis quidem superque disputavit noster in citato libro *Βῆτα*, in quem non pauca adnotavimus; huiusmodi tamen sententiam in illis reliquiis non invenimus. Nihilominus, cum ibidem ipse profiteatur περὶ διαλύσεως, *de dissolutione corporum*, disseruisse (vide Col. X.); admodum verisimile est, inibi eam doctrinam explicuisse. Etsi enim putabat, dissolutione corpora interire, aliquid tamen eorum semper subsistere aiebat, quod perire non posset, atomos scilicet. Sic ad Herodotum §. 54. δεῖ τι ὑπομένειν ἐν ταῖς διαλύσεσι τῶν συγκρίσεων. Quare Lucretius cecinit (Lib. I. v. 673. *O.*):

Proinde aliquid superare necesse est incolume olli,
Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.

Vide etiam, quae in citata Col. X. recitavimus. Hinc concludes, opportunum illum fuisse locum, quo sententiam suam de corruptione per contactum alienorum corporum explicaret; et proinde heic legendum esse βίβλῳ βῆτα, ut adpinximus, non vero Θῆτα vel Ζῆτα, quod lacuna aeque caperet. [*Idem.*]

v. 8. 9. περὶ τῆς ἐξαρχῆς ὑποθέσεως] Quaenam fuerit huiusce undecimi libri ὑπόθεσις, vide sis in sequenti commentario. [*Idem.*]

v. 10. ἐν δὲ τοῖς ἐχομένοις] Hac clausula sollemne erat veteribus libro finem imponere, cum argumenti tractatio nondum esset absoluta, et in sequentes reiiceretur. Sic, ut a tritis excedamus, in Chrysippi fragmentis, quae prae manibus habemus, clauditur liber: ῥηθήσεται δὲ περὶ τούτων καὶ ἐν τοῖς ἐχομένοις. [*Idem.*]

v. 11. περὶ τῶν μετεώρων τούτων] Hinc profecto discimus, etiam insequentis libri XII. argumentum fuisse τὰ μετέωρα; quorum appellatione non modo, quae in aëre conspicua fiunt, intellexit, sed etiam quidquid supra nos in coelo suspicitur, astra nempe eorumque phaenomena; ut patet ex tota epistola ad Pythoclem, quae περὶ τῶν μετεώρων inscribitur; et iam diu Gassendus et Menagius animadverterunt. Et quidem Laertius Lib. X. §. 96. testis est, in ipso libro XII. de solis lunaeque eclipsibus nostrum disputasse. Cum igitur notum sit, veteres astrorum ope tempora metiri solitos fuisse, (vid. Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypotyp. III. §. 136. adv. Physic. II. 176. Plutarchum de Placit. Philos. I. Cap. 21. et 22.) nec non per eorum eclipses, (vid. Laert. in Prooem. §. 2.) hinc in Cap. IV. nostri Commentarii ad Lib. II. coniectavimus, eodem in libro *IB* de tempore ipsum disseruisse, non vero in *B*, ut in vulgatis Laertii habetur. [*Idem.*]

CAROLI ROSINII
OMMENTARIVS
IN LIBRVM XI.
EPICVRI
DE NATVRA.

IN CAPVT I.

Cur et quomodo Terra in medio mundi sit posita.

undecimo περὶ φύσεως libro de Meteoris Epicurum tractasse ex Laertio didiceramus. Hic enim, cum eius istolam ad Pythoclem recitaret, quam περὶ τῶν μετεώ- inscripsit §. 91., ubi de solis, aliorumque siderum gnitudine disputatur, sic adnotavit: Τοῦτο καὶ ἐν τῇ κάτῃ περὶ φύσεως λέγει· εἰ γὰρ, (φησὶ,) τὸ μέγεθος διὰ διάστημα ἀποβεβλήκει, πολλῷ ἂν μᾶλλον τὴν χρόαν, ἄλλο τούτῳ συμμετρότερον διάστημα οὐθέν ἐστιν. Nunc autem iime falsum enarratorem Laertium fuisse agnoscimus, n liber ipse ad nostras tandem venerit manus, qui de eoris procul dubio disserit, ut ipsemet Auctor in libri e testatur; etsi recitata a Laertio verba non deprehenius. Exiguum enim libri frustulum nobis legendum rae praebuerunt, ut ab initio monuimus; in quo nec astrorum motu, nec de magnitudine, nec de universis orum phaenomenis verbum ullum: vix enim illum de uris situ eiusque stabilitate loquentem nacti sumus. fragmentis tamen de illis verba fecisse interlucet.

re; ut omnia ad membrorum instar unde unde in communem formam conspirent. *Dico autem rursus sepimenta illa, quae circa terram sunt posita, aëriformis esse materiae* (Col. II.) simul conspirantis, cuius ope quasi moenia in gyro constituta sunt, ne a circumeuntium astrorum vortice abripiamur. Etenim si tellus externo impulsu circumferretur, et proinde nobis omnibus caput perpetuo circumferretur; utique phaenomenon *istud neminem nostrum lateret. Fortasse etiam fieri posset, ut ipsa suamet vi externis impulsibus resisteret;* verum non adhuc exploratis, quae in terra sunt, viribus, impossibile quidem est illas veluti caussas assignare. Ad haec arbitror aeque frustra laborare, *qui terram rotare adstruunt propter motum primigeniis corporibus insitum; videri autem nobis immobilem, quia constanti et insensibili motu circumvolvatur. Non enim,* (Col. III.) si verum fateamur, concipi potest in subiectis corporibus huiusmodi constans vicissitudo; quoniam, etsi motus illis insitus perpetuus sit, cum tamen habeant talem ibi complexam aedificationis molem, *impossibile est motum illum explicari.*

Heic filum abrumpitur ob ingentem lacunam: deinde sic sequitur.

Col. V.) *Etenim, cum sol nobis* oriens alicubi apparet, si ... tro in quamcunque telluris partem tendamus, ea eo, quo ... dimus loco, nobis occidere videtur; etsi non magnum ... lluris tractum emensi fuerimus. Ibidem tamen non eas... m ad amussim obliquationes conspicere nobis licet. Cum ... im regula hinc vel illinc convertitur, diversa nobis or... et occasus puncta ostendit."

IN CAPVT II.

Quomodo Physiologus de Meteoris iudicare debeat.

nter Epicuri axiomata illud profecto fuit, alia scili... ione de iis, quae nostris subiacent sensibus, alia quae in sublimi apparent, esse philosophandum.

In hisce autem explicandis quomodo se continere debeat physiologus, sic Pythoclem docebat apud Laert. §. 86. *μήτε τὸ ἀδύνατον παραβιάζεσθαι, μήτε ὁμοίαν κατὰ πάντα τὴν θεωρίαν ἔχειν ἢ τοῖς περὶ βίων λόγοις, ἢ τοῖς κατὰ τὴν τῶν ἄλλων φυσικῶν προβλημάτων κάθαρσιν . . . . ὑπερ ἐπὶ τῶν μετεώρων οὐχ ὑπάρχει, ἀλλὰ ταῦτά γε πλεοναχὴν ἔχει καὶ τῆς γενέσεως αἰτίαν, καὶ τῆς οὐσίας ταῖς αἰσθήσεσι σύμφωνον κατηγορίαν· οὐ γὰρ κατ᾽ ἀξιώματα κενὰ καὶ νομοθεσίαν φυσιολογητέον, ἀλλ᾽ ὡς τὰ φαινόμενα ἐκκαλεῖται . . . . . Πάντα μὲν οὖν γίνεται ἀσείστως ἐπὶ πάντων μετεώρων κατὰ πλεοναχὸν τρόπον ἐκκαθαιρομένων συμφώνως τοῖς φαινομένοις. Ὅταν δέ τις τὸ πιθανολογούμενον ὑπὲρ αὐτῶν δεόντως καταλίπῃ. Ὅταν δέ τις τὸ μὲν ἀπολίπῃ, τὸ δὲ ἐκβάλῃ ὁμοίως σύμφωνον ὂν τῷ φαινομένῳ, δῆλον ὅτι καὶ ἐκ παντὸς ἐκπίπτει φυσιολογήματος, ἐπὶ δὲ τὸν μῦθον καταῤῥεῖ.* Haec eadem mutatis verbis hoc in capite inculcat, atque ait.

(Col. VI.) „Itaque heic operae pretium esse autumo *physiologos monere, ne, cum aliquam sublimium corporum per oculos* imaginem accipiunt, statim velint aliquid nimis arguta ratiocinatione pro certo concludere. Qui enim nimio plus quibusdam attendit, ut puto, suis scilicet oculis, in aliis vero semet ipse decipit non modo propter impedimenta, quae sibi ab illorum corporum rotatione obveniunt, sed etiam propter varietates ortus et occasus, quae innumeras solis apparentias produnt; iure, inquam, nullam ipsi mente possunt per oculos adaequatam rationi imaginem accipere. Alienum enim, *et e vero distans commentum sibi fingat, necesse est, qui* (Col. VII.) opinionem falsam et abnormem animo praecepit, quod ea, quae sub nostros sensus aperte cadunt, eandem nobis philosophandi methodum exhibeant, atque ea, quae circa sublimia corpora apparent. Distinguere enim, arbitror, in primis vir sapiens debet id, de quo disputat; an scilicet de Mundi natura disputet, et de iis quae aperte in mundo visuntur, an de aliqua apparentia, quae e sublimissimis corporibus

ad aspectum hominum terram incolentium demittitur: propterea quod, *qui ob oculos subiectum habet, potest evidenter ipsius naturam explorare:* (Col. VIII.) non sic, cum forte, ut reor, subiectum inspiciat, neque discernat, quod de subiecti natura enuntiatur, et quod dicitur subiecto ipso comprehendi."

IN CAPVT III.

An Solis circumactio alias Mundi partes adficiat.

Cum suam de philosophandi methodo doctrinam exposuerit, ad controversiam redit de terrae stabilitate: cumque satis putaret illis occurrisse, qui tellurem vel interiori motu percitam circa axem suum moveri, vel ab exteriori coeli vortice impelli affirmarent, alios persequitur, qui eam a diurno solis orientis et occidentis motu inquietari posse putabant. Id autem temere dici autumat, propterea quod, licet ex ortu et occasu solis et lunae concipi possit aliquis ipsorum motus, hic tamen motus adfirmari non potest esse secundum ipsorum naturam ita, ut negari non possit. Et quidem ipse ad Pythoclem scribebat §. 92. *Ἀνατολαὶ καὶ δύσεις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων, καὶ κατ᾽ ἄναψιν γίνεσθαι δύνανται, καὶ κατὰ σβέσιν, τοιαύτης οὔσης περιστάσεως καθ᾽ ἑκατέρους τοὺς τρόπους . . . . καὶ κατ᾽ ἐμφάνειάν τε ὑπὲρ γῆς, καὶ πάλιν ἐπίκρυψιν τὸ προειρημένον δύναιτ᾽ ἂν συντελεῖσθαι· οὐδὲ γάρ τι τῶν φαινομένων ἀντιμαρτυρεῖ. Τάς τε κινήσεις αὐτῶν οὐκ ἀδύνατον μὲν γίνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ ὅλου οὐρανοῦ δίνην, ἢ τούτου μὲν στάσιν, αὐτῶν δὲ δίνην, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει ἀνάγκην ἀπογεννηθεῖσαν ἐπ᾽ ἀνατολῇ.* Cum itaque ex eius sententia nihil certi affirmari posset de solis lunaeque motu, iure ait cohibendum esse ea in re mentis assensum, atque adeo temere dici terram, sive ab universi coeli vortice, sive a solis lunaeque rotatione affici, cum sit ab ipsis certo intervallo disterminata. Sic igitur procedit:

(Col. VIII.) „Ex hoc autem subiecto multae controversiae non minimi quidem momenti oriuntur, quas inter non ultima illa est: quaenam scilicet mundi partes pariter inquietentur a solis orientis et occidentis, de qua nuper dixi, circumactione. Difficile enim et audax est opus singulas eius observare apparentias, *ut quid tuto concludere valeas. Propterea necesse est cohibeamus assensum* (Col. IX.) nostrum; nec, quoties nobis solis ortus et occasus videndus occurrit, velimus portentum aliquod e nostra mente depromtum ipsis annectere. E subiecto enim mens recte potest concipere motum aliquem solis et lunae versus orientem et occidentem; inde tamen non sequitur, eum motum esse secundum subiecti naturam. Rursus igitur obsecro, ne quis mentis suae commentum, alibi quidem audax, *heic vero aperte falsum amplectatur, atque praesumat terram sive insensibili motu circa suum axem circumvolvi, sive externo coeli vortice, sive solis rotatione impelli, cum semper inde sit* (Col. X.) certo quodam intervallo disterminata."

IN CAPVT IV.

Cur terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur.

Exsufflatis more suo adversariorum opinionibus de telluris motu, rationem proferre satagit, cur ipsa immobilis in mundi centro persistat. Hanc autem opinatu[illegible] esse *aequalitatem*; quo nomine, ut in Schol. ad Col. XI[illegible] animadvertimus, intellexisse videtur tum telluris aequ[illegible]brium, tum a coelo aequidistantiam, tum imprimis ae[illegible]lem aëris ambientis amictum. Improbare tamen non au[illegible] si quis duxerit, diversitatem corporum, quae terram [illegible]cumstat, in caussa esse, cur eam impellere neq[illegible] Diversae enim naturae corpora, ut ipse ait, iuxta [illegible]vicem posita propriam vim amittunt. Eius igitur [illegible]nem tene:

(Col. VIII.) „Ex hoc autem subiecto multae controversiae non minimi quidem momenti oriuntur, quas inter non ultima illa est: quaenam scilicet mundi partes pariter inquietentur a solis orientis et occidentis, de qua nuper dixi, circumactione. Difficile enim et audax est opus singulas eius observare apparentias, *ut quid tuto concludere valeas. Propterea necesse est cohibeamus assensum* (Col. IX.) nostrum; nec, quoties nobis solis ortus et occasus videndus occurrit, velimus portentum aliquod e nostra mente depromtum ipsis annectere. E subiecto enim mens recte potest concipere motum aliquem solis et lunae versus orientem et occidentem; inde tamen non sequitur, eum motum esse secundum subiecti naturam. Rursus igitur obsecro, ne quis mentis suae commentum, alibi quidem audax, *heic vero aperte falsum amplectatur, atque praesumat terram sive insensibili motu circa suum axem circumvolvi, sive externo coeli vortice, sive solis rotatione impelli, cum semper inde sit* (Col. X.) certo quodam intervallo disterminata."

IN CAPVT IV.

Cur terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur.

Exsufflatis more suo adversariorum opinionibus de telluris motu, rationem proferre satagit, cur ipsa immobilis in mundi centro persistat. Hanc autem opinatur esse *aequalitatem*: quo nomine, ut in Schol. ad Col. XII. animadvertimus, intellexisse videtur tum telluris aequilibrium, tum a coelo aequidistantiam, tum imprimis aequalem aëris ambientis amictum. Improbare tamen non audet, si quis duxerit, diversitatem corporum, quae terram circumstat, in caussa esse, cur eam impellere nequeant. Diversae enim naturae corpora, ut ipse ait, iuxta se invicem posita propriam vim amittunt. Eius igitur orationem tene:

(Col. X.) „Enimvero, si hoc pacto, praecisa scilicet quacumque mentis inventione, ad rem ipsam contemplandam quis accedat, tutius assumet, mansionem telluri convenire; et congruentius his, quae sensibus percipiuntur, putabit, spissitudinem aëris, qui inferius circa terram crassus est, et superiori vortici opponitur, inservire posse ad eam fulciendam, quo minus ipsa deorsum posita circumferatur; quandoquidem materie undique circumfusa involvitur. Nulla enim nobis ratio apparet, cur Solis circumactio cuncta turbare debeat. *Neque vero putandum est, eam, quo stabilis maneat, aliquo supposito fulcimento* (Col. XI.) indigere. Etenim, cum ea sit undecumque a coelo aeque distans, nequaquam fieri potest, ut alicunde subvertatur. Aërea enim natura, quae prope adest, unde unde ipsam obvolvit, et aeque a coelo quoquoversum disterminat. Quid autem vetat opinari, tali modo in mundi medio usque a principio iacuisse, quandoquidem id impossibile non esse agnoscimus? Quin etiam non esset absurda haec opinandi ratio, si arbitremur, idcirco eam stabilem perseverare, quia stabilis ab initio locus ei fuerit praeparatus. Aequalitas enim, sive tegumentum aëris, quo undecumque aequaliter amicitur, *sufficiens esse potest stabilitatis ratio. Non absurdus tamen erit, qui dicat, caussam esse circumiectorum corporum diversitatem.* (Col. XII.) Etsi sapientius foret allatam assignare caussam, circumpositam nempe aequalitatem. Siquidem ex hoc ipso, quod aliquando manserit in medio mundo, ratio evincitur, cur perseveret, et aëre, velut aggere quodam, cingatur ita, ut nihil influentium possit evertere. Igitur vel everti non potest, propterea quod aëreae particulae undique pariter in illam influant, et fulcimentum comparent, vel quia incurrentia corpora diversae sunt naturae, atque adeo eorum percussiones facile repelluntur. Quoties autem hoc alterum admittere libeat, *non veto: nihil est enim, quod phaenomenis adversetur.* (Col. XIII.) Cuncta enim, cum posita sint iuxta contiguam alterius naturae speciem, cor-

rumpuntur: quod et in ipso secundo libro a me dictum est, cum de idolis ad motum expeditis dissererem.

„Quod nobis principio de proposita quaestione erat dicendum. In sequentibus porro de huiusmodi etiam meteoris accuratius disputabimus.“

INDEX VERBORVM.

NB. *Vocabula, quae asterisco notantur, desunt in Lexicis.*

Α.

Αἴσθησις II. Col. VIII. v. 2.
Ἀλληλοῖχος II. Col. IX. v. 2.
Ἄν in fine periodi II. Col. IV. v. 13.
Ἀναλογία XI. Col. VII. v. 5.
Ἀνατολαί XI. Col. V. v. 18. et Col. VI. v. 15.
Ἀνυπέρβλητος II. Col. I. v. 11.
Ἀπαρτίζω XI. Col. VI. v. 18.
Ἀπαρτίως XI. Col. IX. v. 12.
Ἀπειρία XI. Col. III. ult.
Ἀπόδειξις II. Col. IV. v. 12.

Β.

Βάθος II. Col. VII. v. 5.

Δ.

Δεῖγμα ἐπὶ τοῦ ὀργάνου XI. Col. VII. v. 5.
Δέρμα XI. Col. XI. v. 21.
Διαδικασία XI. Col. VIII. v. 11.
Διάστασις II. Col. VII. v. 2.
Διάστημα II. Col. III. v. 4. et XI. Col. X. v. 1.
* Δίνευμα II. Col. VI. v. 10.
Δίνη XI. Col. II. v. 4. et Fragm. V. in Antemonit.

Ε.

Εἴδωλον II. Col. I. v. 9. et Col. V. v. 6.
* Ἐμπεριινοέω XI. Col. IX. v. 5.
Ἐμποδεία XI. Col. VI. v. 8.

Ἐν τοῖς ἐχομένοις XI. Col. XIII. v. 10.
* Ἐπάλλαγμα XI. Col. III. v. 3.
* Ἐρειπεῖν XI. Col. XI. v. 3.
Εὔοδος XI. Col. XIII. v. 5.

Θ.

Θέσις II. Col. III. v. 1.

Ι.

Ἴσον ἀπέχειν XI. Col. XI. v. 2.
Ἰσοταχὺς II. Col. II. v. 7.
Ἰσότης XI. Col. XII. v. 1.

Κ.

Καταλείπει XI. Col. VII. v. 1.
* Κατασταθμησις XI. Col. V. v. 12. et v. 17.
Κατάστασις XI. Col. III. v. 7.
* Κάτοψις XI. Col. VII. v. 18.

Λ.

Λεγόμενον κατὰ τὸ ὑποκείμενον XI. Col. VIII. v. 4. 5.

Μ.

Μάταια πονεῖν XI. Col. II. v. 20.
Μετέωρον XI. Col. XIII. v. 11.

Ο.

Οἰκοδομὴ XI. Col. III. v. 7.
Ὅμοιος τύπος II. Col. VI. v. 1. 2.
* Ὁμοιοστελλόμενος XI. Col. XI. v. 7. 8.
Ὁμοίωμα XI. Col. VI. v. 1.
Ὄργανον XI. Col. VI. v. 5. et Col. VII. v. 5.

Π.

Παράβασις XI. Col. VII. v. 2.
Περιέχον XI. Col. I. v. 10.
Περινοέω XI. Col. VI. v. 4.
Πλαγιασμός XI. Col. V. v. 10.
Προσποίημα XI. Col. VII. v. 1.
Πυκνότης XI. Col. X. v. 9.

Ρ.

Ῥόος II. Col. II. v. 12. et XI. Col. XII. v. 10.

Σ.

Σοφιστικός II. Col. V. v. 3.
Σταθμάομαι Schol. ad II. Col. V. v. 13.
Στερέμνιον II. Col. III. v. 10.
Σύμφωνος XI. Col. II. v. 1. et Col. XII. v. 15.
Συνάπτω XI. Col. IX. v. 3. et seqq.
Συναφές XI. Col. XIII. v. 3.
* Συνίζησις II. Col. III. v. 2.
Σύνκρισις II. Col. X. v. 2.

Τ.

Τοῖχος XI. Col. II. v. 1.
Τύπος II. Col. VI. v. 1. 2.

Υ.

Ὑπέρεισις XI. Col. X. v. 13. et Col. XII. v. 13. 14.
Ὑποκείμενον XI. Col. III. v. 2. et Col. VIII. v. 2.
* Ὑφός XI. Col. I. v. 8.

Φ.

Φάσμα XI. Col. IX. v. 4.
Φορά II. Col. I. v. 2. et XI. Col. IX. v. 7.
Φραγμός XI. Col. I. v. 12.

Χ.

Χόω vel χωννύω XI. Col. XII. v. 7.

INDEX RERVM NOTABILIVM

Quae vel in textu fragmentorum vel in Antemonito, Scholiis et Commentario occurrunt.

(Litt. *C.* indicat Columnam, *S.* Scholion, *v.* versum seu lineam Columnae, *L.* librum Epicuri.)

A.

Aequidistantia a coelo et coeli uniformitas terram reddunt immobilem S. ad L. XI. C. XII. v. 3. et seq. Comment. ad XI. Cap. IV.

Aëris duplex genus S. ad L. XI. C. X. v. 9. eius densitas quid praestet *ibid.* Aëris circa terram genesis S. ad L. XI. C. XII. v. 7. et seq. Aëris fluxus S. ad L. XI. C. XII. v. 10. Aëria fulcimenta S. ad L. XI. C. I. v. 12. et C. II. v. 1. C. XII. v. 13. Commentar. in L. XI. Cap. I. et Cap. IV.

Alienum corrumpit corpora sibi adhaerentia S. ad L. XI. C. XIII. v. 1. et seqq. Comment. in XI. Cap. IV.

Antilambda S. ad L. II. C. II. v. 6.

Apodictica ratio S. ad L. II. C. IV. v. 11.

Astrorum magnitudo *Anteloq.* Fragm. 2. ortuum et occasuum causae et diversitas S. ad L. XI. C. V. v. 18. et C. IX. v. 11.

Astrologorum machinamenta *Anteloq.* Fragm. 4.

Atomorum positio et ordo S. ad L. II. C. III. v. 1. Ex illis genitae membranae *ibid.* v. 4. Eorum motus *ibid.* v. 7.

Atomi dissolutioni et mutationi non subiacent S. ad L. II. C. VII. v. 2.

C.

Centrum mundi S. ad L. XI. C. I. v. 10. et seqq. Comment. in XI. Cap. I.

Corporum solidorum generatio S. ad L. II. C. III. v. 4. Resistentia *ibid.* v. 10. Extensio S. ad L. II. C. VII. v. 2. Dimensio *ibid.* v. 3. Concretio S. ad L. II. C. X. v. 2. Corpora primitiva S. ad L. XI. C. III. 2. eorum vicissitudo *ibid.* v. 3.

Coeli etymon S. ad L. XI. C. I. v. 11. domus S. ad L. XI. C. III. v. 7. Obliquitas S. ad L. XI. C. V. v. 10.
Cyri expeditio S. ad L. XI. C. V. v. 1.

D.

Densitas et raritas termini Mundi *Anteloq.* Fragm. 1. S. ad L. XI. C. I. v. 10. 11.
Domitiani ingenium violentum S. ad L. II. C. I. v. 2.

E.

Epicuri libri in Herculaneis voluminibus superstites *Praefat.* Epicurus quid in Libris de Natura I. II. et III. docuerit *Comment.* in L. II. Cap. I. S. in II. Cap. XI. v. 1. Eius liber II. cum XI. confusus Comment. in L. II. Cap. IV. Libri XI. vices *Anteloq.* Stylus ibid. Fragm. 3. Argumentum S. ad L. XI. C. XIII. v. 5. Libri XII. Argumentum *ibid.*
Errorum caussae S. ad L. XI. C. VI. v. 2.

F.

Forma a simulacris transmissa S. ad L. II. C. VI. v. 11. 12.
Fultura simulacrorum S. ad L. II. C. VII. v. 3.
Fumus unde S. ad L. II. C. III. v. 4.

G.

Gnomon a quonam inventus S. ad L. XI. C. V. v. 12.

H.

Heliotropion quando inventum S. ad L. XI. C. V. v. 12.
Horizon visualis S. ad L. XI. C. V. v. 6. eius diameter *ibid.*

I.

Imagines in speculis S. ad Lib. II. C. IV. v. 1.
Impedimenta ad veritatem percipiendam quaenam sint S. ad L. XI. C. VI. v. 8. 9.
Indicae aves S. ad L. II. C. IV. v. 13.
Interstitium inter atomos membranarum S. ad L. II. C. III. v. 8.
Interstitiis corpora scatent S. ad L. II. C. VII. v. 7. 8.
Intervallum inter astra et terram S. ad L. XI. C. X. v. 1.

L.

Littae S. ad L. II. C. IV. v. 13.
Loci mutatio quid transeuntibus praestat *Anteloq.* Fragm. 6. S. ad L. XI. C. I. v. 1. Comment. in L. XI. Cap. I.

M.

Materia subiecta rerum S. ad L. XI. C. III. v. 2. ignava et immobilis *ibid.*

Membranarum genesis S. ad L. II. C. III. v. 4. Membranae evolantes et in solida incurrentes *ibid.* v. 10. earum positura S. ad L. XI. C. V. v. 8.

Meteora quomodo explicanda *Anteloq.* Fragm. 4. Comment. in L. XI. Cap. II. Quid apud Epicurum S. ad L. XI. C. XIII. v. 11.

Mundi nomine quid intelligat Epicurus S. ad L. XI. C. I. v. 10. et 11. Comment. in L. XI. Cap. I. Eius figura S. ad L. XI. C. I. v. 8. Centrum ibid. v. 10. Comment. in XI. Cap. I. Structura S. ad L. XI. C. III. v. 7. de Mundo quomodo disputandum S. ad L. XI. C. VII. v. 14. Mundi numero infiniti, mole finiti *Anteloq.* Fragm. 4. Corruptibiles *ibid.* Mundi moenia S. ad L. XI. C. II. v. 1. Comment. in XI. Cap. I.

Muri circa tellurem *Anteloq.* Fragm. 5. S. ad L. XI. C. I. v. 8. ad XI. C. II. v. 1. Comment. ad L. XI. Cap. I.

N.

N pro *Γ* S. ad II. C. X. v. 2.

Naturae oeconomia ad perceptionem obtinendam Comment. in L. II. Cap. I.

O.

Obelismene diple S. ad L. II. C. II. v. 6.

Oculus κατ᾽ ἐξοχὴν organum appellatur S. ad L. XI. C. VI. v. 5. 6.

Odor unde S. ad L. II. C. III. v. 4.

Opinio falsa atque abnormis de Meteoris S. ad L. XI. C. VII. v. 1. 2. Opiniones praeconceptae nos fallunt *ibid.* v. 21.

Orientalis plaga quasi occidentali superior S. ad L. XI. C. V. v. 1.

P.

Parapegmata S. ad L. XI. C. V. v. 12.

Phaenomena a portentis quomodo differant S. ad L. XI. C. VII. v. 15. cum eis congruentia S. ad L. XI. C. X. v. 6. veritatem docent S. ad L. II. C. IX. v. 9. non uno pacto explicanda S. ad L. XI. C. IX. v. 11. et C. XII. v. 19.

Proportio idem ac ratiocinandi methodus S. ad L. XI. C. VII. v. 3.

Puncti finalis quid vicem suppleat S. ad L. II. C. II. v. 6. et C. IX. v. 9.

Q.

Quaestiones de Sole S. ad L. XI. C. VIII. v. 11. de Mundi partibus *ibid.* v. 13. de fulcimento telluris eiusque situ S. ad L. XI. C. I. v. 6. et seq. et C. XI. v. 7. Comment. in L. XI. Cap. I. et IV.

R.

Ratiocinandi methodus quando debeat esse diversa S. ad L. XI. C. VII. v. 3. et seq.

Regula astronomica Epicuri S. ad L. XI. C. V. v. 12. et Comment. in XI. Cap. I.

Rhetorum copia S. ad L. II. C. I. v. 2.

S.

Secretiones S. ad L. II. C. III. v. 11.

Sensuum indicium S. ad L. II. C. IV. v. 1. de sensibilius discrepantia Epicuri, Democriti, Protagorae, Stoicorum et Peripateticorum *ibid.* Sensus criteria veritatis S. ad L. II. C. VIII. v. 12. Sensationum effectio S. ad L. II. C. XI. v. 1.

Sepimenta circa terram S. ad L. XI. C. I. v. 12. et C. XII. v. 13. seq. Comment. in L. XI. Cap. I. et Cap. IV.

Simulacrorum tractatio non absoluta ab Epicuro in Lib. II. S. ad II. C. X. v. 5. commentum quibus philosophis placuerit Comment. in L. II. Cap. III. Motio S. ad II. C. I. v. 2. Celeritas *ibid.* v. 3. S. ad L. II. C. II. v. 7. et L. XI. C. XIII. v. 5. Tenuitas S. ad L. II. C. I. v. 5. et seq. et C. IX. v. 1. Quid sint S. ad L. II. C, I. v. 9. Fluxus S. ad L. II. C. II. v. 12. Circa ea Sophistae taxantur S. ad L. II. C. V. v. 6. Simulacra inalterabilia S. ad L. II. C. V. v. 11. Simulacrorum perceptio S. ad L. XI. C. VI. v. 1. Simulacrum adaequatum rationi S. ad L. XI. C. VI. v. 18.

Solis lunaeque conversiones S. ad L. XI. C. V. v. 10. motus unde oriatur S. ad L. XI. C. VI. v. 10. quomodo fiat S. ad L. XI. C. VIII. v. 13.

Sophistarum copia S. ad L. II. C. I. v. 2. diversa genera et aetates S. ad II. C. V. v. 3. iactatio *ibid.* obiecta S. ad L. II. C. VII. init. eis respondet Epicurus S. ad L. II. C. IX. v. 9.

Subiectum idem ac corpus S. ad L. XI. C. VIII. v. 2. praecipue coeleste *ibid.* v. 2. et seq.

T.

Terra ubi posita S. ad L. XI. C. I. v. 6. 7. Comment. in L. XI. Cap. I. eius figura S. ad L. XI. C. I. v. 8. et in Comment. *ibid.* quies S. ad L. II. C. II. v. 7. et in Comment. *ibid.* eius quietis caussae S. ad L. XI. C. XII. v. 1. et seqq. Comment. in XI. Cap. I. et Cap. IV. Quomodo fulciatur S. ad L. XI. C. IX. v. 1. eius aequidistantia ab universo ibid. v. 1. et seq. quomodo amicta ibid. v. 7. 8. Comment. in XI. Cap. IV. eius tegumentum quid S. ad L. XI. C. XI. v. 21. Comment. *ibid.*

Tiresias Apollinis minister S. ad L. II. C. I. v. 2.

Tympani segmento Mundus similis *Anteloq.* Fragm. 5. S. ad L. XI. C. I. v. 8.
Typus similis S. ad L. II. C. VI. v. 1. 2.

V.

Vapor unde S. ad L. II. C. III. v. 4.
Vortex Anteloq. Fragm. 5. S. ad L. XI. C. II. v. 14. et C. VI. v. 19. et C. X. v. 9. Comment. in L. XI. Cap. I. et Cap. III.

U.

Universi nomine quid intelligat Epicurus S. ad L. XI. C. I. v. 10. 11. eius qualitates Anteloq. Fragm. 3. Membrana S. ad L. XI. C. I. v. 19. et Comment. in L. XI. C. I.

LIPSIAE,

EX OFFICINA F. C. G. VOGELII.


UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 03146 1026